

Nomina.

gustui præter odoris gratiam, acrimoniam & amaroris tantillum relinquunt. Quibus constat, quod ex calceare ualeant tertij ordinis initio, & siccant in fine eius. Quamobrem languentem ex pituita ventriculum, uel etiam ex flatu roborant: peccus à lenti crassisq; humoribus expurgant. Lienem iuvant, flatus discutunt, & frigidis uteri affectibus auxiliantur. Diu cum mastice mansæ, pituitam à capite trahunt, & cerebrum roborant. Quod Phœn Græcis omnibus, aliquibus etiam ογδονος dicitur: Latinis, Phu, & sylvestris Nardus: Arabibus, Fu: Italies, Valeriana: Germanis, Baldrian: Hispanis, herua benedicta: Gallis, Valeriane.

Μαλάθρων.

MALABATHRVM.

CAP. XI.

MALABATHRVM arbitrantur aliqui esse Indici nardi folium, falsi quadam odoris cognatione: permulta enim nardum olen, quemadmodum phu, asarum, niris. Secus autem res se habet: nanque Malabathrum folium sui generis est, quod Indicæ gignunt paludes, lenti palustris modo innatans aquis, sine radice. Id collectum statim lino transfuit, & siccatum reconditur. Tradunt siccatis æstiuo seruore aquis, humum aridis fruticibus urit: quod ubi non cuenerit, ne amplius quidem renasci. Laudatur recens, ex candido nigricans, integrum, nec fragile, odore caput feriens, quod diu in sua vi odore permaneat, & nardum saporem imitetur, nullo salis gustu. Infirmum uero, & minutum contusum, præsertim si cariosum virus olet, vitiosum est. Eadem nardo sortitur uires: sed efficacius omnia præstat. Vrinam vehementius ciet, ac stomacho magis prodest Malabathri uis. Lippitudinibus, inflammationibusque tritum, & in uino seruefactum commodè illinitur. Subditum linguae, oris halitum, & suavitatem commendat. Vestium quoque odorem interpositum seruat, & ab erosione tuerit.

Malabathri consideratio.

MALABATHRVM, quod pleriq; folium Indicum uocant, qui hac ètate uiderit, habeo neminem. Nascitur (ut Diocorides inquit) in India palustribus tantum locis, aquis absq; radice innatans, lenticulae aquaticæ modo. Sed nec inde amplius ad nos aduehitur, quod fortasse indigenarum culpa perierit in India, quemadmodum & balsamum in Syria. Etenim Diocorides refert, Malabathrum non renasci, nisi siccatis æstiuo seruore aquis, humus aridis fruticibus peruratur. Quod cum iandu forte non sit à natura factum, uel potius sit ab indigenis omissum ob eorum negligentia, facile postea cuenire potuit, ut Malabathri genus omnino deperditum sit. Plinus lib. XI. cap. XXVI. duorum minimi generum, quorum alterum arboris cuiusdam Syriacæ folium esse ait, bis uerbis. Dat & Malabathrum Syria, arboreum folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta. Fertilior est eiusdem Aegyptus: laudatus tamen ex India uenit. In paludibus ibi gigni tradunt lenti modo, odoratus croco, nigricans, scabrumq; quodam salis gustu. Minus probatur candidum. Celerrime situm in uetusitate sentit. Saper eius nardo similis esse debet sub ligna. Odor uero in uino subseruacti antecedit alios. hactenus Plinius. Qui tamen præter Diocoridis sententiam præstantius Malabathrum duxit, quod falsum est, non quod insulsum. Ceterum non desunt, qui Indici folij loco, casiae odoratae, uel cinnamoni folia suppedimenta, quæ esse Caryophylli existimat Brasauolus. Nonnulli præterea, quodam arborum folia, ex Alexandria aduentia, quæ lauri, uel arbuti frondes refrunt, in Malabathri usum uendicant. Hæc Hermolaus, Ruellius, pariterq; Brasauolus eos secutus, nulla (quod equidem sciā) auctoritate, Nigritarum Tembulum esse arbitrantur. Verum cum adhuc eorum, qui Tembuli historiam, & notas scribant, inuenient profecto neminem, quanuis de eo Auicenna breuiter scripserit; idcirco illa potius afferam arborum folia esse nobis penitus incognita, quam horum sequar opinionem. Nullo itaq; modo hæc ad usum uenient admittenda. siquidem eam eorum facultates nos lateant, non est cur ea comprobare ualeamus. Sed ubi Malabathro opus sit, casia odorata, uel Indianum nardum supponendam putamus, Galenum secuti, qui ita decreuerit tum in succidaneis, tum etiā lib. VII. & VIII. simplicium medicamentorum. Quanquam Fuchs in libro, quem de compositione medicamentorum nouissime edit, dum ea perpendit, quæ Auream Alexandrinam conficiunt, Malabathri loco Atractylim statuit subiectiendam, Galenum (ut inquit) in libello de substitutis medicamentis secutus. Sed certe non satis possum mirari Fuchsium, uirum aliqui doctrina & iudicio clarum, in hac re (ut mihi quidem uidetur) manifesta, minus recte sensisse. Nam ut omittā, in libro illo de medicamentis, quæ inter se commutari possunt, qui tamen liber Galeno adscriptus censetur, me nusquam legisse, quod atracylis Malabathri uicem suppleat, sed casia odorata, & nardi spica; est Diocorides hoc loco, est Galenus locis ante citatis in simplicium censu: qui uno quasi ore fatentur, eandem uim habere malabathrum, quam nardum. Quorum equidem auctoritatē grauiſſime longe satius adhærendum existimo, quam ut temere fortasse sit atracylis in malabathri locum substituenda. præsertim cum nobis non desit copia nardi, & casiae odoratae: atracylis autem uera hactenus, mea opinione, desideretur, ut libro tertio suo loco latius ostendemus. Quod et si concedamus, hanc aliquibus compertam esse, tamen quis audebit ea uii pro malabathro? etenim nullus, quod sciā, atracylim odore commendauit: at malabathrum Diocorides non solum odoratum facit, sed etiam idipsum ēv. τὸν ἔνωδια hoc est, in odoris bonitate permanere affirmat. Excalcat Malabathrum (ut auctor est Auicenna) siccatis ordine secundo. Μαλάθρων, καὶ Φύλλον sic Græce, Latine autem Malabathrum, & Folium appellatur: Italicæ, Malabathro, & Folio Indiano.

Nomina.

Fuchsij opinio explosa.

Hermolai,  
Ruel. & Bral.  
opinio.

CASSIA, cuius complura sunt genera, iuxta odoriferam Arabiam gignitur, crassi corticis sarmento: folijs piperis. Eligenda est fulvescens, pulchri coloris, corallij æmula, perquam angusta, longa,

Κασσια.

CASSIA.

CAP. XII.

ga, crassa, & fistulosa, gustu mordens, & cum aliquanto feroce adstringens, aromatica, vinoso odo-re: cuiusmodi est, quae ab incolis achy appellatur, ab Alexandria negotiatoribus daphnitis. Huic p̄fertur crassa, purpurea, & nigricans, zigzag cognomine, quae rosam odore imitatur, p̄cipui in me dicina usus. Secundum locum tenet antedicta. Tertia, cui Mosylitico blasto, id est, germini cognomen est. Reliquæ uiles, ut quæ asypheum dicitur, nigra, insuavis, cortice tenui, ac rimoso: & quæ darca, & citro uocatur barbaro nomine. Similior huic est pseudocassia, quam ut explicari possit. quæ gustu coarguitur, cum nec acris, nec odorata sit, hærentemque medullæ corticem habeat. Inuenitur etiam lata quædam fistula, mollis, leuis, surculosa, quæ antedictæ p̄fertur. Damnatur candicans, scabra, hircinum virus redolens, & quæ tenui fistula, & scabra cute sit. Vim obtinet calfa-ciendi, urinam ciendi, siccandi, & leniter adstringendi. Conuenit ad medicamenta oculorum, quæ p̄fstandæ claritatis gratia concinnantur, & ad malagmata: lentigines tollit cum melle illita: menses trahit: contra viperarum iætus pota auxiliatur: aduersus intestinas inflammationes omnes, & renum uitia, pota proficit: fœminis in folio desidentibus, aut suffimenti, prodest ad dilatationem vulvæ. Et duplo pondere medicamentis mixta, cinnamomi uicem supplet, si ipsum desit: nam eosdem effe-ctus p̄bret. Ad plurima perquam utilis est.

Κνάμων.

CINNAMOMVM.

CAP. XIII.

CINNAMOMI genera plura, patrium sibi nomen vendicantia. P̄fertur tamen Mosyliticum, quod cassia, cui mosyliti nomen est, aliquam referat effigiem: sed in eo genere recens, nigrum, ex ui-noso in cinereum uergens, leue, tenuibus ramulis, ac frequentibus nodis cinctum, perquam iucun-dè olens. Optimè ferè indicium, iucundi odoris proprietate constat: inuenitur enim cum optimo, eoque quod peculiare est, odor rutæ, aut cardamomo proximus. Insuper acre, mordens, & cum cal-factione quadântenus saluum, quod non citò confrianti asperum, aut frianti lanuginosum, leuibus tamen internodijs appareat. Si certior fieri uoles, vellito ab radice surculum. facilis est huiuscmodi probatio: nanque fragmenta miscellanea quædam esse uidentur. Quæ autem melius spirant, suo ha-litu, cum nares primùm consuluntur, olfactum explentia, deterioris dignotionem impediunt. Est etiam montanum, crassum, pumilum, fulvescens admodum. Tertium à Mosylitico, perquam suauiter olet, nigrum, fruticosum, paucis intercedentibus geniculis. Quartum fungosum, candicans, aspectu tuberosum, vile, ac friabile, magnam habens radicem, quæ cassiam planè repræsentat. Quin-tum genus odore nares festens, subrufum, & cortice fuluæ cassiae simile, tangenti, firmum, minus neruosum, densa radice firmatum. Iis, quæ thuris, cassiae, myrti, aut amomi odorem spirant, minus suauitatis inest. Deligit se abrum, album, rugosum: at leue, & lignosum circa radicem, ut inutile, rejcito. Est etiâmnū simile aliud, cui pseudocinnamomo cognomen est, uile, inualidi odoris, solutariumque virium. Vocatur etiam zingiber, cum tamen sit xylocinnamomum, p̄brens quandam cinnamomi faciem. Est autem lignosum cinnamomum, farmenta longa robustaque ferens, odore longè cinnamomo inferiore. Sunt qui xylocinnamomum à cinnamomo genere differre dicant, quod à natura eius abhorreat. Cinnamomum omne excalfacit, emollit, & concoquit: vrinam cict: tam menses, quam partus potum, aut ex myrrha impositum pellit: contra bestias, quæ virus eiacylantur, venenaque conuenit: caliginem pupillis oculorum obuersantem discutit: crassitiem extenuat: lentigines, & uitia cutis in facie ex melle illitum detergit: contra tusses, defluxiones, aquam subter cutem fusam, renum uitia, & vrinæ difficultatem efficax est. Vnguentis pretiosis inseri solet. Et in summa, magni ad omnia usus. Tritum uino excipitur, umbraque siccatum, quo diutius eduet, reconditur.

NATURA omnium rerum parens in hoc terrarum orbe quædam stirpium genera adeo inexorabilia procreauit, ut ne quam plurimis quidem delicijs, blanditijs, officijs, obsequijsq; ea apud nos quispiam retinere potuerit. Si quidem stirpes ipse uiuere coactæ in hortis, uiridarijs, mitioribusq; Italiae locis, seu Tempe, omni amoenitate referunt, quemadmodum alpini homines delicias urbium, & maiestatem aspernantes, politicis moribus omnino neglectis, non alibi, quam in suis mapalijs bilariter, ac iucundè uiuere possunt: ita & ipse relicta celi clementia, hortorumq; amoenitate, sperto item fontium oblectamento, omniumq; urbanarum ac familiarium stirpium consortio in deserta, solitudinesq; suas, à quibus primam duxerunt originem, se tandem receperunt. tantum patriæ, natalisq; soli amor in reru natura potest. In quarum genere Cassia connumeranda uenit: quæ tametsi in maiore illa Romana gentis fortuna multis ac uarijs hortorum locis confita habebatur; nullibi tamen hac ætate (quod nouerim) in Italijs, ne in tota dicam Europa inuenitur. Sed hæc de Cassia dixisse uolumus simplicium medicamentorum peritissimos secuti, qui (ut eorum testantur uolumina) nihil inuicem differre censem, Cassiam, quæ in arborum genere Dioscoridi, & Galeno recensetur, & eam, que antiquis inter coronarijs numerabatur herbas, quæq; olim paſsim circa apum aluearia serebatur in Italijs, quod ea maxime apes delectentur, & in hortis, & uiridarijs coronis maxime expedita. Verum' enim uero longe aliter hæc res intelligi postulat, quod aliam repererim fuisse Cassiam (ut Dioscorides inquit) è felici Arabia allata, ex arbore (auctore Theophrasto) uitcis magnitudine, ab hac longe diuersam, quam apibus, & coronis serebat antiquitas. quandoquidem fuerit hæc herba, illa uero arbor: praesertim cum nullus (quod sciām) extet auctor, qui posteritatis memorie mandauerit, Cassiam adeo copiosam in Romanorum triumphis ex Arabia conuebi solitam, ut inde vulgaris

Cassia consi-deratio.

Cassia odora ta, &amp; corona-riæ discrimen.

uulgaris facta, ubiq; passim & reperiatur, & sereretur ab omnibus. Quod si forte evenisset, nunquam tamen mihi persuaserim, quod Galenus hac in scientia, & facultate omnium diligentissimus, & qui Romæ diu uitam duxit, Italicae Casiae historiam silentio inuoluisse. Plinius lib. xxi. cap. ix. nonnullas memorans herbas, quorum folia odoris gratia in usum coronarum uenerant, inquit. Ergo in coronamenta folio uenere malothron, spireon, trigonon, cneeron, quod casiam Higinus uocat. Id quod ante ipsum palam fecerat Virgilius Casiam inter coronarias herbas recens in Bucolicis ecloga ij. his uerbis.

Tum casia, atq; alijs intexens suauibus herbis,

Mollia luteola pingit uacinia caltha.

Vix humiles apibus casias, roremq; ministrat. Et in Georgicis lib. II.

Nec circum casiae uirides, & olentia latè

Serpilla, & grauiter spirantis copia thymbre

Floreat, irriguumq; bibat uolalaria fontem.

Hec Maro. Quibus palam est, Casiam coronariam, & qua tantopere delectantur apes, herbam, non arborem fuisse. Quod etiam testatur Plinius libro superiorius citato cap. xii. his uerbis. Verum hortis coronamentisq; maximè aluearia, & apes conueniunt, res præcipiū que stus, compendijq; cùm fauit. Harum ergo causa oportet serere thymum, apiastrum, rosam, uolas, lilium, cytisum, fabam, eruillum, eunilam, papauer, conyzam, casiam, melilotum, melissophyllum (lego myriophyllum) cerinthen. Hactenus Plinius. His itaq; rationibus, auctorumq; veterum testimonijis in nixus Theodorus eneoron Theophrastō casiam appellat. Quamobrem potius fuerit credendum, eneoron Grecis uocatum antiquis coronariam fuisse Casiam apibus gratissimam, quam eam, que in India & felici Arabia proueniit, cinnamomo persimilis, odoramentis & antidotis expedita, & qua per longas etates cinnamomi uice usi sunt medici.

Neque tamen propterea opinioni nostræ refragari putamus Columellan lib. IIII. cap. VIIII. de re rustica, ubi ita scriptum reliquit. Iudeam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi, sed nec nostram ciuitatem prædictis egere stirpibus: quippe cum pluribus locis urbis iam casiam frondentem conspicimus, iam thuream plantam, florentesq; horos myrrhae & croco. Nam quanuis concedi posit Columellæ, casiam ex Arabia allatam urbis illustrandæ gratia Roma suo tempore conspicuam fuisse in hortis procerum & imperatorum; hoc tamen non prohibet, quin casia, quam prope apum aluearia paßim scuit antiquitas, alia fuerit planta: præsertim cum hec inter herbas coronarias, illa uero inter arbores odoratas recenseatur.

Cneori descrip.  
tio.

CNEORON autem describit Theophrastus lib. VI. cap. II. de plantarum historia, his uerbis. Cneori duo genera, aliud enim candidum, aliud nigrum. Candido folium cutaneum, oblongum, figura quasi oleagineum: nigro quale tamarici, carnesum. Candidum magis se humili spargit, odoratumq; est: nigrum odore caret. Radix ambobus, que altè descendit, grandis: ramisq; permulti, crassi, circulostiq; ab ipsa protinus telo lute, aut paulo superius sparsi, lenti admodum constant. Quamobrem hisce ad colligandum iuncti modo utuntur. Germinant, florentq; post æquinoctium autumni, & multum deniq; temporis florent. Hæc Theophrastus. Sed quænam plante orientur in Italia, uel aliunde eò afferantur, que Cneori referant, quid ueri referam sane non habeo. Sed iam ad Casiam odoratam redeamus. ob cuius cognitionem postmodum factum est, ut recentioribus medicis, in ea re cuperanda, inuestigandaq; multum negotijs accesserit. Nanq; hactenus tum mediei, tum seplastarij (et si plures iam resplicant) odoratae casiae loco quædam incognita arboris segmenta, nec odore, nec uiribus prædicta semper capescerunt. Veruntamen postquam nonnulli etatis nostræ doctissimi uiri, stirpium historias diligenter examinarunt, detecta fraude, mercatores ex Alexandria mercimonia Venetias comportantes, cùm suam imposturam deprehensam cernerent, à negotio desciscentes in aliud nouum Casiae genus segmenta illa commutarunt. Quæ sane præter odorem, pariterq; saporem, quibus ferè penitus exoleta sentitur, casiae à Dioscoride descriptæ admodum habetur consimilis.

Quapropter nec eos errasse crediderim, qui dicere, hanc Dioscoridis pseudocasiam esse. quippe & crasso cortice constat, & in eius cauitate lignosa etiam uistitur materies, paululumq; est odorata, minimèq; acris. Nonnulli hac non contenti, quædam uocati cinnamomi fragmina Casiae uice usurpant: que cùm nullo odore saporeq; commendentur, potius querum, uel sagum, quam Casiam referunt. Cæterum, ut dicam quid ego sentio, si quis fistulam, quam Cinnamomum perperam appellamus, & uulgò Cannella, Casiae generibus recte comparauerit, facile nouerit uulgaris uisu cinnamomum legitimam Casiam procul dubio referre. quinimo diligenter inquisituri, iudicijq; trutina examinaturis huiusmodi cinnamomi ingentem copiam, que magnis sacris Venetis in mercatorum repositorij afferuatur, nimur omnia illa Casiae genera, que à Dioscoride describuntur, facile sepe offerten. quandoquidem mercatores (ut semper assolent) ad expediendas deteriores merces bonarum lenocinio, quas illis admiscent, pro uirili utuntur. Galenus itaq; libro primo de antidotis multa Casiae genera recensuit, ubi sane Dioscoridem secutus, eam cæteris præstare fatetur, que zigi cognomine dicitur, hancq; assertit cinnamomum usquead eo emulari, ut essent, qui suo euio eam cinnamomi loco uenderent. Quo fit, ut admirari non liceat, si hodie quoq; tot annis hac deducta, protractaq; consuetudine, ubique casiae pro cinnamomo uenirendetur. Nec quidem longè aberrarent, si modò optimam feligerent: quandoquidem Galenus eodem loco palam prodit, Casiam sepenumero in cinnamomum transmutari, fateturq; se iam uidisse eximiae Casiae ramulos omni ex parte cinnamomum referentes. Contrà pariter inspexisse cinnamomi surculos Casiae prorsus persimiles: adeo ut afferat pro qualibet cinnamomi parte in componendis medicamentis duas esse casiae adhiberi posse. Describit item Galenus quoddam aliud deterioris Casiae genus, quod tradit iuviorem Andromachum Casiam fistulam nominasse, eam fistularum modo, in anis cauaq; sit, & crassi corticis: cuiusmodi in uulgaris cinnamomo frequentissima conspicitur. Huius sane ea uidetur esse generis, quam in suo confiendorum pharmorum libello præfert Cordus, quod uelit casiam, præter Dioscoridis & Galeni sententiam, lubrici esse gustus.

Porro Casiae odoratae frustulum cum cortice & ligno suo interiorè nuper dono mihi dedit Serenissimus Princeps  
Ferdinandus

Cassia legitima.

Medicorū, &  
seplastariorū  
error.

Ferdinandus Archidux Austrie dominus mihi clementissimus, ab integro ramulo abscissum, quem ille inter plures alias res non minus pretiosas quam raras, reconditum habet. Huius cortex colore quidem cinereo à nostro uulgari cinnamomo disidet, non tamen odore ac gusto: quandoquidem mansus id ipsum, quod uulgaris Cannellam uocat, ori plane representat. At lignum, quod cortice contegitur, fragili constat materie, neq; ulla prorsus odore, saporeq; commendatur. Quare hinc facile colligi potest, corticis tantum eius usum esse: atq; etiam Theophrastum non ab re memoriae prodidisse, huus uirgas in frusta secari, recentiq; bouis corio hæc consui, ut uermiculis, qui ex eo nascuntur, lignū illud inutile erodatur. Ceterum odoratæ cassia meminit etiam Virgilius præter coronaria lib. 11. Georg. ubi cecinit hoc carmine. Nec cassia liquidi corrumpitur usus oliui. Quin & Plinius Cassia meminit lib. x 11. cap. x 1 x. his uerbis. Frutex & Cassia est, iuxtaq; cinnamomi campos nascitur, sed in montibus, crassiore sermento, tecu-  
nui cute, uerius quam cortice: quem contrā atq; in cinnamomo leuari, & exinaniri pretium est. Amplitudo fruticis trium cubitorum. Colos triplex: cum primum emicat, candidus pedali mensura: deinde rubescit addito semipede: ultra nigricans. Hæc pars maxime laudatur, ac deinde proxima: damnatur uero candida. Consecant surculos longitudine binū cubitorum: mox præsuunt recentibus corijs quadrupedum ob id interemptarum, ut ijs putrescentibus, uermiculi lignum erodant, & excavent corticem tutum acrimonia, & amaritudine. Probatur recens maxime, & que sit odoris mollissimi, gustuū quam maximē feruens, potius quam lento tempore leuiter mordens, colore purpureo, queq; plurima minimum ponderis faciat, brevi tunicarum fistula, & non fragili. Hæc Plinius, quorum plura à Theophrasto transcribit. Qui cassie historiam tradidit lib. 1 x. cap. v. de historia plantarum, caniq; fruticem esse amerinæ magnitudine scribit: que eion nullo pacto decorticari posse à ligno, cortexq; tantum utilis sit, ob id hominum industria inuentum esse ait, ut corijs quadrupedum consuta, interius lignum uermiculis deuoretur. Ceterum planè hallu-  
cinantur ijs, qui Cassia fistule loco, silique Aegyptian, siue Cassiam solituam uulgo dictam, atra medulla, semine duro, lignosissim; membranis confarctam, medicamentis admiscent Mauritanos secuti. siquidem Serapio, Auicenna, patiterq; Mesues, siue sit ipforum, siue interpretum lapsus, pari consensu Cassiam nigrum Cassiam fistulam uocauere: legitimam uero Cassiam, de qua hic differit Dioscorides, Cassiam ligneam. Quamobrem certò crediderim, quid ci-  
tra omnem censuram dici posse, in omnibus ijs medicamentis à Mauritanis inuentis, que Cassiam fistulam expetunt, solituam illam esse inferendam. Si uero in Græcorum monumentis (excipio Actuarium, & Nicolaum Myreplicum, qui à Mauritanis multa acceperunt) Cassia fistula inuenta fuerit, uel in Mauritanorū compositionibus à Græcis transcriptis, Cassiam odoratam, à Dioscoride & Galeno descriptam, semper adhibendam existimo. Nisi medici securi in-  
telligentes in eum errorem labi uelint, in quem Leonicenus quosdam etatis nostræ medicos (que profecto imperitia multorum est) temere incurrisse testatur, qui ad commouendos menses, difficiles partus, remorantesq; secundas,  
Cassiae deiectorie corticibus, odoratæ loco usqueq; utebantur. CINNAMOMVM uero, quod legitimum sit, quanquam diu multumq; tum Venetijs, tum Neapolij, & apud mercatores, qui sere quotannis in Alexandriam nauigant, diligenter conquisuerim, nusquam id tamen mihi uidere licuit, neq; etiam percipere potui, num hoc tempore apud magnos negotiatores, qui ē Lusitania Indiam, & felicem Arabian classem paratissimam petunt, uel apud quempiam principem, regem, uel imperatorem legiūnum reperi possit. Qua de re minime demiror, ciam & Galeni tempore huus magna in Italia fuerit penuria, adeò ut Cinnamomum nullibi reperiatur, nisi apud Imperatores, qui admirabili custodia inter alia pretiosa illud asseruari curabant. Cuius rei historiam in medium affert Galenus libro pri-  
mo de antidotis, sic inquiens. De Cinnamomo contraria ijs, que de opobalsamo narrauimus, compertum habeo, persuasum namq; mihi est, ipsum omnium cognitum facillimum esse illis, qui sepe optimum cinnamomum uiderint. Optimum uero consequi nemo potest, nisl repositum ab imperatoribus intueatur, sex generibus quodammodo distributum.  
siquidem & in hoc ipso, uelut & in cassia, optimi ad deterrimum tam magna differentia est, ut optima cassia à pessimo cinnamomo parion disset. Neq; uero Cinnamomi uirtus ad usum apta longo tempore durat: ad triginta siquidem annos, quam à principio uim habuit, integrum non conseruat, nugantur autem, qui Cinnamomum ex hisce medicinis esse dicunt, que senectutem non sentiant. Atqui ego non centum, neq; ducentū annorum interuentu, sed pauciorum, si quis ad tantum numerum conserat, iam aliquam mutationem uetusiori cinnamomo factam obseruavi. Quo tempore siquidem Antonino imperatori theriacam parauit, uisa lignea, in quibus eiusdem generis Cinnamomum inerat, multa confexi, alia Traiani, quedam Adriani, nonnulla Antonini, qui post Adrianum imperator fuit, etate reposita: omniaq; hec sepe & saporis, & odoris imbecillitate, uehementiaq; tantum planè superabant, quantum & tempore differebant. Olim ē barbarorum terris arca cubitos quatuor & medium longa, Roman perlata cum fuisset, in qua Cinnamomi primi generis integra arbor erat, ex eoq; Marco Antonino imperatori antidotū quandam composuisset, ipsam ceteris multum præstare, deprebendi, adeò ut Imperator quoq; ea degustata medicinæ concoctionem, uelut in alijs fieri solet, expectare noluerit, sed statim ea usus sit nondum integrè duobus mensibus clapsis. Antonino subsecutus est Commodus, qui nec theriæ, nec cinnamomi curam ullam habuit, sub quo non solum arboris illius, quod super-  
fuerat, omne dissipatum est, uerum etiam quodcumq; post Adriani tempora comportatum fuerat. Quo factum est, ut nunc imperator noster Seuerus, cum me sibi antidotum eo modo conficerem iussisset, quo Antonino conficeram, ex Cinnamomo Traiani, & Adriani tempore reposito sionere coactus sim, imbecillioraq; planè mihi uisa sunt, & tamen non-  
dum anni triginta intercesserant. Hic nos optimi Cinnamomi notæ quasdam necessarias subiçere uolumus, ipsum scilicet summopere bene olere, inexplicabilemq; præ ceteris bonum quendam odorem spirare, ac calidum gustanibus se multum exhibere, non ita tamen ut mordicando tristitiam palato inferat: colorem deniq; talem habere, qualem si quis lacti nigrum colorem admisceat, atq; cœrulei, quem uocant, aliquantulum addat. Ex hoc igitur quantum uolebam, ut mos mihi fuit, cum accepisset, ramulos paucos apud me reposui in ea apotheca, in qua res meas omnes pre-  
tiosas seruabam. uerum ipsa combusta, qua tempestate & delubrum pacis incensum est, & hec, & aliae quinq; Cinnamomi

Error quoru-  
dam.

Cinnamomi  
consideratio.

Cinnam. hist.  
ex Galeno.

Cinnamomi  
optimi notæ.

namomi species, quas mihi conquisieram, perierte. Nunc itaq; cùm imperatori nostro Seuero theriacam compones-  
rem, ex Cinnamomo Adriani tempore reposito, quod optimum uisum est elegi, de quo etiam utile quiddam lectruris  
subdere, cùm possum, id facere non grauabor. Supersunt adhuc ibi multa uasa lignea, que omnia habent plurium ra-  
dicum, uel plurium ramorum, uel ut quispiam dicere uelit, Cinnamorum differentias: nullum tamen ueluti trunicus,  
in ramos plures diuisus attollitur, sed ueratri utriusq; figuram præ se fert, atq; etiam magis damasonij uocati, quod è  
Creta ad nos adseritur. Quæ uis autem Cinnamomi species ab una radice, eeu frutex quidam parvus consurgit, emit-  
titq; hæc sex, illa septē uirgulta, uel paulò plura, pauciora, non æquali tamen omnia longitudine sunt: uerum quod  
maximum est, pedis Romani dimidium non excedit. Vniuersa autem Cinnamomi natura similis est quodammodo opti-  
me cassia. Hæc tenus de Cinnamomo Galenus. Cuius uerba hic recensere libuit, ut omnibus palam sit, quod cùm sub  
ijs tam magnis Imperatoribus, qui toti ferè orbi imperabant, tanta esset Cinnamomi penuria, admirari non debeamus,

Cinnamomi  
penuria unde  
fit.

si se nobis penitus incognitum, rarissimumq; reddiderit. Sed potius id mirum fuerit, quod cùm hac ætate cassia plurimum afferatur, que, ut Theophrastus, & Plinius inquiunt, nascitur tuxta cinnamomi campos, sed in montibus, Cin-  
namomi tamen nihil importetur. Quare non deest suspicio, quin omne ferè Cinnamomi genus desperierit in Arabia, quenadmodum & balsamum in Iudea. Quandoquidem scripsit Plinius lib. xii. cap. xix. combustas iam esse plu-  
rimas Cinnamomi sylvas, his uerbis. Cinnamomi pretia fuere quandam in libras denariorum mille. Sed postea auctum  
id parte dimidia est, incensis (ut ferunt) sylvis ira barbarorum. Id acciderit ne ob iniuriam præpotentium, an for-  
te, non satis constat. Austros ibi tam ardentem flare, ut æstatibus sylvas accendant, inuenimus apud autores. Quo  
fit, ut facile credi possit à Plinij & eo id, quod Cinnamomi reliquum erat, pariter uel barbarorum bello, uel ignis fla-  
tibus deperisse. Nam si aliter res se haberet, qui cassiam ad nos deferunt, cum multò plus lucri ex cinnamomo, quam  
ex cassia se consecuturos sciant, Cinnamomum etiam unà cum cassia uerherent. Hæc autem dixisse uolui, non ut bac in  
re certi aliquid, exploratiq; habeam, cùm tantum coiecturis agam, sed ut alijs ulterius explorandi latius pateat iter.

Cæterum Strabo non modo cum Theophrasto, Dioscoride, Galeno, Plinioq; cinnamomum in Arabia nasci scribit, sed  
etiam in India, ea scilicet parte, que ad austrum uergit. quippe cùm hæc Arabie, & Aethiopie sole persimilis sit,  
ea omnia (ut ipse ait) gignit aromata, nempe cinnamomum, cassiam, & alia, perinde ac ille. Veruntamen cur nec  
inde ad nos afferantur, an quod etiam ibi perierit, an aliam ob causam, iij manifestius referant, qui hoc tempore libur-  
nici eò ad aromata conquirenda quotidie nauigant. Sed uidetur Galenus satis perplexè de Cinnamomo scriptitasse.

quippe primùm aream Romanam delatam prodidit è barbarorum regione longitudine cubitorum quatuor cum dimidio,  
in qua integræ cinnamomi arbor erat. quibus omnino denotat Cinnamomum esse arborem. Deinde uero unquamq;  
Cinnamomi speciem scribit, ab una radice, eeu frutex quidam parvus consurgere, adeò ut maiora eius uirgulta dimi-  
dium Romanum pedem non excedant. quibus procul dubio fateur, Cinnamomum esse in parviorum fruticum genere.

Vnde certè nesciuerm ego explicare, quid sibi bac in histioria uoluerit Galenus; præsertimq; cùm tam tenui ipsum sar-  
mento esse tradiderit, ut ueratri, uel damasonij radicibus comparauerit. Sed illud etiam mirum mihi uidetur, quod ex  
cassia (ut ipse ait) Cinnamomum oriatur, spectenturq; nonnunquam cassia arbores integre, in quibus aliqua cinnam-  
omoi uirgulta è cassia ramis prodeant, cùm tamen cinnamomum, & cassia diuersæ inter se sint plantæ. Nisi fortasse  
inter utramque tanta sit generis cognatio, ut aliquando inuenta sint cassia uirgulta tanta odoris saporisq; fragrantia,  
ut omni ex parte cinnamomum referrent, et si legitima fuerit cassia. Præterea non desint, qui putauerint hac Gale-  
ni autoritate fredi, cassiam & cinnamomum ex una, & eadem arbore prouenire, que dum pumila sit, cinnamomum

edat, dum uero adoleuerit, cassiam. Sed cùm dicat Galenus, cassiam mutari in cinnamomum, non autem cinnamomum  
in cassiam, cadit eorum sententia. Quibus etiam refragatur Theophrastus lib. ix. de plantarum histioria cap. v. ubi  
cassiam, & cinnamomum ostendit diuersas esse plantas: licet de earum forma, & proceritate nihil certi exploratiq;  
affirmet. Quandoquidem initio capitilis non ex sua, sed aliorum sententia scribit, cinnamomum & cassiam frutices esse  
magnitudine amerinæ: deinde uero aliquos etiam secutus autores, cinnamomum fruticosum facit. Ceterum cùm scri-  
bat Strabo Arabas cinnamomo, & cassia uti ad ignem parandum, cæterorum lignorum loco, uidentur hæ plantæ non  
esse adeò pumile, ut quidam scribunt. Quod de cassia facilè dici potest. siquidem Venetijs cassia Cannelle uocata fi-  
stula uisuntur tante crassitudinis, longitudinisq; ut facile quisq; iudicare possit eas è ramis, seu uirgultis non sane bre-  
uiibus fuisse decerptas. Cinnamomi deniq; sex genera esse produntur à Dioscoride, & Galeno: sed is nullibz (quod  
sciuerim) præterquam in libro de theriaca ad Pisonem, quem tamen librum spurium putamus, ea per genera descri-  
psit, fortasse (ut solet) Dioscoridi se remittens, qui etiam tantum à locis, ubi nascuntur, plus minusve præstante

huic, quam illi reddidit. At Theophrastus citato nuper loco longè alter cinnamomi differentias haberi ait, his  
uerbis. Cinnamomum decerpitum in quinas partes discerni narrant, & esse præcipue bonitatis, quod germinibus  
proximum fuerit, idq; ad palmi longitudinem cedi, aut paulò maius. Secundum, quod sequitur, quod etiam minus  
cesura est. Tertium deinde, & quartum notatur. Ultimum uero, quod deterrimum, proximumque radici: hoc e-  
stum minimum corticis habet, in quo summa gratia est, non in ligno. qua de causa præferri cacuminæ solent, quod  
corticis plurimum habeant. Quidam sic aiunt. Alij uero Cinnamomum fruticosum enarrant, eiusq; genera duo,  
alterum nigrum, alterum candidum. Hæc Theophrastus. Veruntamen cùm nec is hac in histioria aliquid constanter,  
affirmanterq; scribat, Imperatorem, Regemque quempiam desiderarem, qui humanam rem publicam miseratus, ex-  
plorandi Cinnamomi gratia in Arabiam, & Indianam mitteret, magnanimosq; illos imitaretur Imperatores, qui ipsius  
Galeni & eo ex iisdem regionibus sibi Cinnamomum comparabant. Id enim Cæsar noster Carolus quintus, si illi Deus  
opt. max. Christianam rem pacatam redderet, commodè consequi posset. uel fortasse commodius Rex Lusitanus,  
qui in orientalem Indiam sepe ad aromata conquirenda suas liburnicas mittit, quo in itinere uniuersas felicis Ara-  
bie oras explorare posset: quenadmodum & uniuersam Indie partem, que ad austrum spectat, ubi inquit Strabo

Cinnamomum

Opinio quo-  
rundam falsa.

Cinnamomi  
differentiae ex  
Theophr.

Cinnamomum pariter nasci. Sed o' clarissimi Lusitanie medici, si res medica uobis cordi est, si nostram cupitis ditarre facultatem, medicumq; nomen extollere, si charitas uos tenet, si naturalis humani generis iuuandi amor uobis insitus est, iamiam prouinciam hanc suscipite. Quippe si princeps uester hinc sibi immortale nomen, uniuerso uero reipublicae commodum perquam maximum comparare posse a uobis intellexerit, cum omni pietate ac magnanimitate (ut audio) preeditus sit, nulli dubium est, quin omne studium, auxiliumq; impendat, ut non modò Cinnamomum ipsum reuocetur in lucem, sed & alia fortasse pleraq; medicamenta, quibus antiqua medicorum familia suas illustrauit antidotos. Porro tamenst hactenus illud mibi abunde probatum esse uideatur, quod cassiam ueram habeamus, desideremus autem optimum & legitimum cinnamomum; sunt tamen hac estate scriptores, qui non cassia solam, sed etiam cinnamomi genera inueniri tradunt. inter quos extat Fuchsius uir clarissimus, qui libro illo de compositione medicamentorum, quem locupletatum postremo edidit, de cinnamomo differens, ita scribit. Sed haud dubie in capsis cannella refertis & cassie, & cinnamomi genera reperiuntur, quare delectu opus erit, qui illa distinguere uult: distinguet autem notis utrinque diligenter expensis. His nimirum uerbis Fuchsius cinnamomum nobis uerum non defecit afferat. Sed quibus id rationibus, aut auctoritatibus comprobet, non video: nisi hoc acceptum referat Amato Lusitano, qui eò amentie deuenisse uidetur in suis enarrationibus, quas in Dioscoridem scripsit, ut apud nos cinnamomi genera inueniri, atque etiam illud aroma notissimum esse contendat. Verum huic inepitis ac uanitates plures alibi persequimur, ubi nos ab eius calumnijs defendimus. hic enim quod de materia medica sentimus, & ingenuè profiteri possumus, libenter scribinus. Quare ea sit nostra de cinnamomo sententia, que à nobis ante a fusi proposita est, quam modò oportet pluribus Fuchsiu[m] refellere. quem tamen doleo maiorem fidem prestatissime Lusitanii illius inepijs & mendacijs, quam uirum peritum deceat. Ceterum illud tantum addam, quod nobis, qui cinnamomum lignum non corticem esse ostendimus, mirari quidem subit Fuchsium, qui libro suprà citato eodem loco paulo post contrarium scripsit, ut eius uerba, que subiectam, aperte testantur. Cinnamomum, inquit, quod nobis Zeilan insula mittit, cortex est arboris quatuor seru cubitorum alta, crassitudinis brachialis, sex uel septem è trunco mittentis ramulos, qui singulis annis amputantur, atque iterum pullulant: quorum cortex, qui cinnamomum est, sit tenuis, odoratissimus, gustu acris, & ualde mordax, non tamen adeò ut moleste rodat, mansum rutam oleat, &c. In hanc, meo quidem iudicio, uanam opinionem Fuchsius non secus atque in superiorum uenisse deprehenditur secutus Amatum Lusitanum: qui eandem seru prius, quam ille post cinnamomo effigiem reddidit, quanquam eam à quodam accepisse fatetur. Cinnamomi uires scribit Galenus lib. vii. simplicium medicamentorum, sic inquiens. Cinnamomum summe tenuum est partium, non summe tamen calidum, sed ex tertio ordine. Nihil autem a quæ deflccat eorum, que pari sunt excalciendi facultate propter tenuitatem scilicet essentie. At Cinnamomis est uelut imbecillum cinnamomum: nonnulli ipsam pseudocinnamomum nuncupant. Meminit & Cassie eodem libro citato, ubi sic habet. Cassia exiccat, & excalciat tertio quodammodo ordine, sed & tenuum admodum est partium, gustu uero plurimum in se acris deprehenditur, leuiter quoque nonnihil adstringens. Quamobrem ob hæc omnia incidit, simulq; digerit, que in corpore sunt recrements, & ad hæc robur etiam instrumentis addit. Idoneum uero etiam suppressis mensibus, cum uidelicet à copia sinu & crassitudine excrementorum, quod sufficiat, euacuari nequit. hactenus Galenus. Ceterum ex vulgaris cinnamomo fit aqua stillatitia, que & odore & sapore idipsum pulchrè representat. eam autem extrahendit ratio hæc est. Sument dicti cinnamomi quantum licet optimi libram, idq; leuiter contusum in uas uitreum uel eneum, quod matule formam referat, coniuncto: dein aquæ roscarum stillatitie libras quatuor, & uini albi odorati selibram infundito. uas illud in balneum aquæ tepantis & non feruentis imponito, atque inibi ore uasis prius obturato, uiginti quatuor horis macerari sinito. post id tempus uitreo organo rostrato, quod ab effetu galericum uocant, uas antedictum cooperito, & igne fornaci succenso, per balneum aquæ feruentis aquam stillatitiam elicito. Verum canastagnæ, uel uirea, que duorum circiter cubitorum longitudinem compleat, organi uirei rostro admouenda inserendaq; est. illi postremo uas uitreum subiecto, quod manantem aquam excipiat. insuper prudendum est, ut omnia uasorum orificia diligenter obstruantur, ne quid expirare poscit. Hæc aqua contra omnes aegritudines, quas frigus excitauerit, efficax est: utpote que pituitam humorumq; lentitiam digerat, incidat, & absumat, flatusq; discutiat. Priuatim uero uentriculum, iccur, liuenem, cerebrum, neruosq; iuuat & roborat: animi deliquio, cardiacisq; affectibus presentano remedio succurrit: uenenis uenenosorumq; animalium morbis aduersatur: menses pellit, & urinam ciet: coeliacis auxiliatur: nauseam sedat, & fastidium abigit. uteri morbis perquam utilis est: prode suspирiosis, resolutis, conuulsis, & comitiali morbo laborantibus: gustui gratissima est, atque oris halitum commendat. In summa ubi excalcare, aperire, incidere, digerere, & roborare sit opus, huius aquæ usus maximam prestat utilitatem. Veruntamen quoniam nec Dioscorides, nec ueterum Græcorum quisquam meminit

**CASSIAE SOLVITIVAE** dictæ, qua hoc tempore ad citandam aluum frequentissime utuntur medici, quāmq; Aegyptianam siliquam recentiorum quidam appellant, ne ha nostra lucubrations tam nobili, tam præstanti, tamq; humanæ saluti necessario medicamento destituantur, differant hæc de eo, quicquid ex Mauritanis compertum habeo. Aegyptie itaq; siliqua arbor inter ualde proceras anumerari potest. Huius materies solida, compactaq; uisitatur, cortice tenus buxeo colore, medullitus uero nigra, non secus ac ebenum, sive guaiacum. Recens grauter olet, siccæ tamen minime. Folio constat siliqua, sed magis in acutum tendente, cortice cineritio, radicibus magnis iuglandis modo. A ramis siliqua pendent prolongæ, teretes, dense, & cum maturitatem senserint, colore in rubrum nigricante. Hæ nigra, dulciq; replentur medulla, leni ac lento tremorim simili, non tamen ut in osibus continua, sed crebris lignosisq; membranis distincta. Inheret unicuique membranæ semen durum, siliquarum semini adeò simile, ut alterum ab altero discerni non possit. ex quo eum non errasse putauerim, qui crediderit, has plantas esse congeneres. Eligenda est, que ex Memphis, & Alexandria Aegypti conuechitur, non admodum crassa, pelucens,

d recens,

Fuchsij, &amp; Amati opiniones reprobatæ.

Cinnamomi vires ex Galeno.

Cassie vires ex eodem.

Cinnamomi vulgaris aqua stillatitia.

Cassie solutio consideratio.

## CASSIA SOLVTIVA.



Nomina.

Αμωμον.

AMOMVM.

CAP. XIII.

**A M O M V M** exiguè fruticat, ex ligno se conuoluens in racemi modum: flore, ceu candidæ uio-  
læ, paruo: folijs bryoniæ similibus. Laudatur quām maximè Armeniacum, colore ad aurum uer-  
gens: ligno subrufo, abunde odorato. Medicum, quoniam in campestribus, & aquosis enascitur,  
infirmius esse constat: est autem magnum, subuiride, tactu tenerum, frutice uenosò, odore origa-  
ni. Ponticum uero subrufum, paruum, fragile, racemosum, fructu turgens, & odore nares seriens.  
Deligito recens, candidum, uel subrubrum, quod nec adstrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed  
solutum diffundatur: semine plenum, vuis paruis simile, graue, ualde odoratum; modò cariem non  
contraxerit, acre, gustu mordens, simplici colore non euariante. Vim habet calificandi, adstrin-  
gendi, exicandi. Somnum allicit: & illitum fronti, doloris sensum aufert: inflammations, & me-  
liceridas concoquit, discutitque: iuuat quos scorpius percussit, ex ocimo illitum: & podagricis  
confert: inflammations oculorum, uiscerumque lenit ex sua passa: ad vuluarum uitia in pessis, aut  
in sessib; utile est. Decoctum iocineri, renibus, podagræ, potu conuenit. Antidotis immisce-  
tur, & pretiosissimis unguentis. Adulteratur Amomum herba simili, quæ Amomis uocatur, sed  
sine odore, sine fructu. Nascitur in Armenia, flore origani. Quare in huiuscmodi rerum pro-  
bationibus fragmenta fugienda sunt: eligenda autem, quæ ab una radice suos integros surculos  
emittunt.

Amomi confederatio.

T A N T A medicorum, qui nos præcesserunt, in simplicium medicamentorum historia, & facultatibus igno-  
rantia, segnitiaq; extitit, ut nisi Deus opt. max. acerrimi, & ferè diuini ingenij uiros, hac & ate nobis produxisset  
in lucem, qui præter id, quod uniuersam medicam facultatem ab erroribus sanè innumeris expurgauerint, tandemq;  
illustrauerint, uera quidem simplicia medicamenta inuestigant; minimè profectò uerendum fuerat, quin paruo tē-  
poris tractu ars medica penitus subuersa, extinctaq; remansisset. Et certe si longiori tempore res ita se habuisset,  
nulli dubium est, quin huiusec facultatis cognitio in auram euolasset. quandoquidem hec pestis radices tam in altum  
fixerat, ac tam late se diffuderat, ut tametsi nonnulli ingenio, & doctrina præstantes plurimum infudauerint, om-  
neq; studium, & operam quām diligentissimè impenderint, quo errores, qui ignavia & negligentia emerserant, à  
re medica excluderentur, eos tamen hactenus radicitus euellere nequievissent. Siquidem non desunt, qui (quauis ha-  
bent percipliant rationes) malint suos prosequi abusus, omni ex parte detestandos, quām candidissimæ inholderere ueris-  
tati. Quo fit, ut una cum alijs inumeris simplicibus medicamentis etiam legitimo Amomo careamus. Cuius uice quis-  
dam

recens, grauis, farcta, & quæ concussa, inclusis seminibus minime  
constrepit. Pulpa excalfacit, & humectat ordine primo. Eadem  
lenit, resoluit, sanguinem mundat, bilisq; furorem extinguit: aliū  
item cōmodissime citat, eiusq; uis uentriculum non pertransit. quæ  
propter securissime datur à medicis inchoatibus febribus, alijsq; ca-  
lidis morbis ante uenæ sectionem, quod tantum uentriculum repur-  
get, et aliū emolliat. Nocet tamē intestinorū imbecillitate affectis,  
et his, qui admodū lubrici sunt: alijs omnino habetur innoxia. Tol-  
litur id noxe admistis myrobalanis, hababaro, nardo, et mastiche.  
Constipatis si detur, augenda est eius facultas ijs, que magis ea-  
dem ui pollut: proinde sunt, qui addant amygdalinum oleum, &  
psyllij spissamentum. Urine difficultatibus mirificè auxiliatur, si  
cum urinam crientibus medicamentis hauriatur, uel decoretur. Ae-  
grè aluum excernit: eaq; propter nonnulli roborant eius uires, ad-  
dito hyssopo, uel caprino sero. Bilem, & pituitam excernit, nul-  
lo sane incommodo: pectus, & fauces mulcet, & eorum inflam-  
mationes resoluit: renes à calculis, & fabulo expedit; præsentim  
si cum glycyrrhizæ decocto, alijsue medicamentis urinam ciente-  
bus bibatur. quinetiam frequenter deuorata calculos renasci pro-  
hibet. Admodum præter hæc calidis confert febribus. Ceterum  
exterius illita erysipelas extinguit, cæterasq; inflammationes, que  
cuiētenuis emergunt. Sunt è recentioribus medicis, qui eam nun-  
quam suis agrotantibus exhibeant, nisi pierre puluerem admi-  
scerant, quod consulte factum existimat: præsentim ubi uentriculi,  
& intestinorum imbecillitas adsit. Que Græcis ονοσία, La-  
tinis item Cassia nominatur: Arabibus, Selicha, Selche, aut Se-  
libacha: Italis, Caſſia, atque etiam Italorum vulgo Cannella:  
Germanis, Zimmet, seu Zimmet roerlin: Hispanis, Canela: Gal-  
lis, Canelle. Quod uero Græci κινιάμημον, Latini quoq; Cin-  
namomum dicunt: Arabes, Darseni: Itali, Cinnamomo.

30

49

50

dam stirpium impostores ex Gargano Apulie monte projecti, pumilum quoddam semen supponunt, colore nigro, odore melanthib. Quod cùm tantillum aromatis resipiat, & gustu acri deprehendatur, excogitarunt, ut facilius ipsum corraderent, in hominum animis inducere, id procul dubio legitimum esse Amomum. Quod tamen (si Dioscorides est adhibenda) semen edit uarum racemis simile, non autem minutum, quale illud uisitum. Insuper mihi sene non constat, Dioscoridem semen in Amomo approbase, sed potius lignacum arbuse m.ateriem, ut in cinnamono & cassia uidere est. quo sit, ut legitimum Amomum lignum potius, quam semen existimauerim. Sed & turpiter aberrant, qui Serapionis interprete decepti, herbam Pedem columbinum quibusdam uocant, que geranij pre se fert speciem, Amomum esse contendunt, & in Amomi locum substituunt, nullam de his historiam inquirentes. Ceterum Amomum, quod iure probari posse, nullibi (quod scuerim) in Italia prouenit, nec eò aliunde translatum habet. Etenuis uidere potui. Neq; propterea vulgare pro eo supponendum esse censeo: quippe de incognitis periculum facere nec decens est, nec tutum. Sed potius Galeno nos gerendus fuerit, qui acoro, & Amomo uires consimiles tribuit. Acorum itaq; locum Amomi supplere poterit. Porro & hi omnino explodendi sunt, qui pro certo afferre non uerentur, eam stirpem esse Amomum, quam Hiericuntam à Hierico Palestine oppido appellant. Plantam hanc plurunque ad nos è Hierico deferunt ij, qui ad sanctissimum REDEMPTORIS nostri sepulchrum peregre proficiuntur. Ea enim est, quam nostrates mulieres rosam diue Marie uocant. Constat hanc Amomum non esse, quod florula alba uitis non proferat, nec ullo spiret odore. Legitimum enim ualde odoratum est, adeò ut nares feriat primo statim occursu, origanumq; resipiat. Cordus libello de conficiendis pharmacis satis inconstanter de Amomo differt. quippe in compositione aure & Alexandrine pro certo afferit Amomum uerum esse rosum Hiericuntis: in compositione uero theriacæ, sui ipsius oblitus habere nos Amomum negat. Utuntur Hiericunta nostrates mulieres tempore partus ad inuestigandam pariendo horam. quandoquidem (ut ipse fatentur) in aquam demissa non prius fatus, quam foetus nasci incipiat: tanta inter christicos irrepit supersticio. Fuchsius medicus hac nostra ætate celebris in libro de componendis medicamentis, quem nuper locupletatum edidit, dum ea simplicia examinat, que Theriacam ingrediuntur, eo productus, ubi Amomi racemosi carmine meminit Andromachus senior, omnes Galeni interpretes insimul at his ierbis. Botryos) Græcè est Βότρυος. In hac uoce interpretanda omnes Galeni, qui hanc compositionem tradit, interpretes hallucinati sunt. Siquidem Andernacus libro primo de antidotis, uae conuertit: alij omnes, & cum ijs Cordus, racemosi, Βότρυος uocern cum Amomi dictione, que præcedit, coniungentes, quæ uero Andromachus de Amomo racemoso locutus sit: quo certè Dioscorides non Βότρυν, sed Βότρυνδες appellat. Separande igitur hec due dictiones per interiectum coma erunt, hoc nimur modo, αμόμου, Βότρυος, ut nos conuertimus: ut intelligamus Andromachum de duabus inter se differentibus herbis esse locutum, nempe Amomo, & botry. hæc ille. Ex quibus uique abunde liquet Fuchsium sensisse, botryn quoq; herbam, de qua Dioscorides agit libro tertio, in theriacam addendam esse. Veruntamen in hoc nos à Fuchsio, uiro aliqui doctissimo, plane dissentimus: quandoquidem Andromachum non botryn, sed anomum racemosum intellexisse putamus, idq; non sine rationibus, & coniecturis. Et ne longè progrediamur, in primis Andromachus ipse senior Fuchsio aperiè refragatur: illum enim non inuenio in suis carminibus, que libro primo de antidotis in Galeno leguntur, aliter de amomo cecinisse, quam rgl. Βότρυνδες αμόμου. que quidem due dictiones non ita separari possunt, ut Fuchsius opinatur: neque prior illud unquam significabit, quod idem perperam accipit. Ad hæc non minus, quam senior, nostræ sententiae ad stipulari deprehenditur iunior Andromachus: utpote qui in tradenda theriacæ compositione, quam soluta oratione descipit, nusquam (quod equidem legerim) botryn commemoret, sed amomum tantum. Quod etiā Damocrates in eadem antidoto describenda carminibus, que loco citato à Galeno referuntur, cecinerit Βότρυνδες αμόμου; hec tamen due dictiones non sunt temere, meo iudicio, separandas: nam eas auctor consultò coniunxisse uidetur. Quid præterea de Galeno dicemus: etenim is quanquam libro ante dicto sigillatim enumerat, ac diligenter expendit simplicia medicamenta, que in theriacam adduntur; tamen nusquam (quantum inuenierim) botryos mentionem facit: neq; etiam eius meminit de theriacâ ad Pamphilianum scribens. quid, si eadē plantam apud Galenum in simplicium medicamentorum censu desiderari omnibus notum est. Addam illud postremo quod inter recentiores Græcos Paulus, & inter Arabas Aucenna botryn herban iheriacâ non inferunt suis. Que sane omnia nostram augent, & confirmant opinionem. Cui si illud obijciat Fuchsius quod Nicolaus Myrepstius in sua theriacâ botryn Gallicam habeat; respondebo ego, quod Nicolai codex Græcus deprauatus est, & innumeris scatet mendis: id quod ipse Fuchsius non negabit, quod idem de Nicolai codice se penumero pollicetur. Ex his itaq; satis manifestum fieri arbitror, quod ut Fuchsij sententia, que theriacæ botryn adiçere contendit, refellenda est; ita Galeni interpretes, qui Amomum racemosum uertunt, probandi sunt, ut qui sint cum Andromacho Dioscoridem secuti. is enim Amomi Pontici notas perstringens, ipsum racemosum fecit, ut supra in eius mentione legitur. Amomi meminit Galenus lib. vi. simpl. med. sic inquietus. Amomum acoro simile facultatem obtinet: nisi quod acorum siccus sit, maiore autem concoquendi facultate Amomum. Hoc Græco nomine αμόμου dicitur: Latino item Amomum: Arabico, Hamensis, aut Hamama: Italico, Amomo.

Kōsos.

COSTVS.

C A P. X V.

PRAECELLIT Arabicus, candidus, leuis, eximia odoris suauitate. Secundum locum sibi vendicat Indicus, leuis, vber, vt ferula niger. Tertius est Syriacus, grauis, colore buxeus, & odore feuiens. Optimus est recens, albus, abunde plenus, densus, aridus, à teredinibus non erosus, sine graueolentia, gustu calidus ac mordens. Vis ei excalfactoria: vrinam ciet: menses pellit: vitijs, quæ vuluam male habent, tam impositu, quam fotu, & suffitu auxiliatur: Contra uiperarum morsus

d 2 sextan-

Amomū spuriū.

Serapionis ē-  
terpretis lap-  
fus.Error quorū  
dam.Fuchsij opī-  
nio reproba-  
ta.Amomū uires  
ex Galeno.  
Nomina.

sextantem bibere prodeft: item aduersus pectoris dolores, conuulſa, inflationesque ex uino & absinthio: uenerem ex mulſo stimulat: lataſ uentris tineaſ ex aqua pellit: horroribus ex oleo ante februm accessiones, & neruorum resolutionibus oblinitur: uitia cutis in facie, cum aqua, uel melle illitus, emendat. Additur in antidota, & malagmata. Sunt qui, admiftis helenij Comageni præduriſ radicibus, adulterent. Quod deprehensu facile eſt: ſiquidem neque g��u ſeruet helenium, neque validum odorem uibrat, ut caput tentare poſſit.

*Costi confide  
ratio.*

**COSTVS**, quo uſe ſunt officine per longas etates, in amarum, & dulcem diuidi ſolet: tametſi tum Diſcorides, tum etiam Plinius nec dulcis, nec amari meminerint, ſed nigri duntaxat, & albi. Galenus quidem ſcribit leuiculam Costo infeſſa amaritudinem: ſed qui inter Graecos ſcriperit Costum inueniri dulcem, hac tenus compertum non

PSEUDOCOSTVS.

*Costi quae ui-  
cem ſupplat.*



*Costi vires  
ex Galeno.*

*Nomina.*

ce nomen ſibi merito uendicaffe uideatur. Acris præterea eſt, nec amaroris omnino expers. Quapropter eos haudquaquam damnandos putauerim, qui Angelicam Costi genus eſſe crediderint. Costi vires ſcribit Galenus lib. VII. de simplicium medicamentorum facultatibus, ſic inquiens. Costus leuiculam planè amaram, plurimam autem acrem, & calidam in ſe qualitatem ſimil & facultatem continent, adeo ut etiam exulceret. Vnde ipſo cum oleo perfirant corpus ante accessionem in rigoribus per circuitus redeuntibus. Sic uero etiam in resolutis, & iſchia dicis, atque in ſumma in quibus excalſacere partem quamuis, aut ex alto in ſuperficiem extrahere aliquem humorē eſt opus, ad costum configurit. Eadem de cauſa urinas, mensesq; prouocat: & ad rupta, conuulſa, ac laterum do- lores conuenit. Porro ob amaritudinem, que illi inefſt, lumbricos latos enecat. Ob eandem & ad contractas uelut ex ſole maculas, ἐφήλεις Graeci uocant, cum aqua, aut melle uſurpat. Inefſt item flatuosa quædam illi temperie humiditas, per quam & uenerem excitat cum uno mulſo. Kosos ita Graece nominatur, quemadmodum Latinē Coxetus, Arabice Koftos, ſine Chafte, & Italice Cofto.

Σκοῖνος ἀρματικὸς.

IVNCVS ODORATVS.

CAP. XVI.

**ODORATVS** Iuncus in Africa, & Arabia naſcitur. Laudatissimus ex Nabathæa: proximus Arabicus, quem aliqui Babylonium cognominant, alij teuchitin: pefſimus ex Afriſca. Eligendus eſt rufus, recens, floribus refertus, tenuis, rubentibus fragmentis, qui manibus conſtricando roſa odo- rem emittit, igneæ mordacitatis ad linguam. Floris, culmorum, radicisque eſt uſus. Vim uirinæ ciundæ habet: menses pellit, diſcutit inflationes, caput agrauat, modice adſtrigit, comminduit, excoquit,

IVNCVS ODORATVS.



excoquit, ac uenarum spiracula laxat. Flos eius in potu utilis sanguinem reiicientibus: doloribus stomachi, pulmonis, iocineris, & renum. miscetur antidotis. Radix adstringentior est: ideo fastidijs stomachi, hydropticis, conuulsis, drachma una cum pari pondere piperis, per dies aliquot datur. Decoctum uulue inflammationibus, ad desidentium fatus, utile est.

I V N C V S odoratus officinis Squinanthum uocatur. Quæ uox, Iunci odorati quinvis depravat, ex plantæ, & floris nomine componitur, in unam utrisque iunctis dictionibus. Nanque squinanthum si ad rectam etymologiam referatur, non aliud inferet, quam duas basce Græcas dictiones σχίνος & ἄρων, quæ Latinæ florem iunci significant: σχίνος enim iuncum, ἄρων uero florem Græcis designat. Veruntamen flos ad nos non importatur. quod tamen mirum non est, cùm etiam Galeni tempore non haberetur. Proinde inquit libro primo de antidotis. His præterea Iuncum odoratum ex Arabia allatum immitti precipit, quem nescio quomodo schoeni anthos, id est, iunci odorati florem multi uocent, cùm nobis floris copia non adeò suppediet. Nam et si tota aduehatur herba, sunt tamen eius superiores partes à camelis sèpe depastæ: uescuntur enim ea, & delectantur maxime. hec Galenus. Quæ (si licet nobis dicere quod sentimus) potius ridenda, quam probanda uidentur. Arduum quippe fuerit crescere, tam ingentem esse camelorum numerum, qui locustarum modo in uniuersum schoeni flores depasantr, ut nulla penitus superstite planta, cui flos non deuoretur. Referunt quidam nasei odoratum Iuncum etiam in Apulia. quin & in Campania prouenit, ut Brasavolus inquit Plinius auctoritate. Sed uercor, ne hallucinentur, quod nec inde flores afferantur, nec paleæ: neque etiam id Plinius affirmanter afferat. 15, quo Sepiaflarij paßim utuntur, non afferunt a liunde, quam ex Alexandria. Ceterum non parua quidem diligenter, dum emitur, est adhibenda. quandoquidem non defunt impostores, qui ad merces augendas, schoenum palearum, & herbarum quibusdam festucis adulterent. Præterea uidendum est, ne uictustate exoleuerit: facile enim (ut in libro de antidotis docuit Galenus) ab hoc uis omnis euaneat. Scribunt Monachi illi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, odoratum iuncum, quo paßim officinae utuntur, spurium & illegitimum esse, cùm hæ paleæ (ut eorum uerbis utar) Dioscoridis schoenum minimè referant. Siquidem radices primum medicinæ usui congruas illi non inesse contendunt, sed capillorum modo tenues: deinde paleæ ipsas nullam gustantibus acrimoniam relinquere, nulloq; rosarum odore fragrare, si manibus confricentur: nec postremo iuncum aliquem proferre, sed calamos geniculis interceptos irritei, uel hordei modo. Quæ in re (pace eorum dixerim) dupli errorre notantur, primùm quod Dioscoridem oscitanter legerint: deinde quod illud affirment, quod experimendo procul dubio falso esse deprehenditur. Quod autem Dioscoridem oscitanter legerint, cùm dicunt schoenum iuncum proferre, non calamum, facile patet. quandoquidem contrarium scribit Dioscorides, ubi schoeni usum reddit his uerbis. Χαῖτις δὲ τὰς αὐθικά τῶν καλαμών, καὶ τὰς φύλλας. id est. Usus est floris, calamorum, & radicis. Præterea quod communis uetus schoenos acrimoniam non habeat, pariter falso est. quippe, ut experimendo quotidie comprobari potest, qui non longo tempore consenserit, linguam manus uellicat. Quibus palam est, Monachos uel nunquam schoenum degustasse, uel si degustarunt, illam adeò uictustate exoletum fuisse, ut (quemadmodum Galenus inquit) omnem acrimoniam, odoremq; amiserit. Quod autem nostri schoeni radices tenues sint, nihil ad historiam refert: sive enim tenues sint, sive crassæ, eas non descripsit Dioscorides. Schoeni flores ex Alexandria unà cum integra planta allatos ego in manibus habui, qui digitis attriti rosarum odorem emittabant. Quamobrem non temere contra Monachorum sententiam affirmandum putauerim, communis uetus schoenum legitimum, & probatissimum esse. Sed iij quidem adhuc magis reprehendendi uidentur (non tamen ut eorum dignitati aliquid derogetur) quod in Diaz galangæ compositione scripserint, radicem galangam uocatam legitimum esse schoenum, ipsamq; galangam ad nos afferri. quod prorsus à ueritate alienum deprehenditur. Ceterum & in hoc pariter Fuchsium errasse crediderim. quippe qui scripserit sua in methodo, schoeni anthi stipites nullam acrimoniam mansu relinquere, Schoeni utres prodidit Galenus lib. viii. simp. med. ubi sic habet. Schoeni anthos modicē & alfacit, modicēq; etiam adstringit, nec planè à tenuitatis natura alienus est. Quocirca his de causis urinam mouet, mensesq; ciet adhibitum sive in fomentationem, sive in potionem. prodest & iecoris, & stomachi, ac uentris inflammationibus. Magis eo astringit radix. Quod uero florem uocant, calidius est. Porro in omnibus sui paribus, in alijs magis, alijs minus, gustantibus appetet adstristio: proinde medicinis, que hemoptoicis, sive sanguinem reiicientibus exhibentur, commiscetur. Σκοῖος ἀραματικός, Græcis: Iuncus odoratus, Latinis: Adcher, Arabibus: Giunc odorato, & Squinantho, Italies: Ramelstro, Germanis: Paya de la Mequa, sive Paya de chameillois, Hispanis: Pasture di chameaux, Gallis nominatur.

Monachoru  
opinio explo  
fa.

Fach. lapsus.

Iunci odorati  
uires ex Gal.

Nomina.

Κάλαμος ἀρωματικός.

CALAMVS ODORATVS.

CAP. XVII.

Calami odo-  
rati historia  
ex Theo.Brasavoli er-  
ror.Fuch. opinio  
improbata.Calami odo-  
rati vires ex  
Galen.

CALAMVS odoratus in India nascitur. Melior est fulvus, densè geniculatus, & qui assulosè frangitur, plena araneorum fistula, albicas, lento in mandendo, & adstringens, cum aliquanta acrimonie. Vrinam potu ciet: quare cum graminis, aut apij semine coctus, in aquæ subter cunctem fusæ morbo, renum uitijs, stillicidio urinæ, ruptisq; commodè bibitur: menses & potu, & appositu pellit: ussi sussitu medetur per se, aut ex resina terebinthina, hausto per arundinem fumo: ad muliebres infessus decoquitur, & clysteribus imponitur. Malagmatis, & suffusionibus odoris gratia commiscetur.

CALAMVS, & Iuncus odoratus (ut Theophrastus est auctor lib. I X. cap. VI I. de historia plantarum) trans Libanum montem, inter ipsum Libanum, & alium quendam montem paruum ualle minima excent: non, ut quidam dixerunt, inter Libanum atq; Antilibanum. Inter quos campus amplissimus, & pulcherrimus est, quem Aulonem appellant. Quia uero calamus, & iuncus proueniunt, lacus in amplum spatiatur, iuxtaq; cum palustribus siccatis isti assurgunt. Occupant locum plus quam triginta stadia. Virides nequaquam esse uidentur, sed siccii: forma uero nihil ab alijs differunt. Locum ingredienti protinus odor aspirat, non tamen longius spirat, ut quidam referunt. Hic enim locus a mari plus est, quam stadia centum quinquaginta. Sed in Arabia aspirationem agri odoratissimam esse inter omnes constat. hoc de Calamo Theophrastus. Cui etiam subserbit Plinius libro XI I. cap. XX II. ubi sic habet. Calamus quoq; odoratus in Arabia nascens communis Indis, atq; Syria est: in qua uincit omnis a nostro mari centum quinquaginta stadiis. Inter Libanum montem aliumq; ignobilem, non (ut quidam existimat) Antilibanum in conuale modica iuxta lacum, cuius palustria estate siccantur, tricens ab eo stadiis calamus & iuncus odorati gignuntur. Nihil ergo a ceteris sui generis differunt aspectu. Sed Calamus præstantior odore statim è longinquæ ueritat, mollior tactu, meliorq; qui minus fragilis, & qui assulosè frangitur. Inest fistule arancum, quod uocant florem. Præstantior est, cui numerosius: reliqua probatio, ut integer sit. Damnatur alibi. Melior quo breuior, & crassior, lenuisq; in frangendo. hactenus Plinius. Sed certe satis palam esse arbitror (ut in acori commentarijs diximus) quam magno ducatur errore Brasavolus Ferrariensis, quod tam facile sibi persuaserit, legitimum odoratum Calanum illam esse radicem, que temere omnibus in pharmacopolis illius uicem explet, quamq; uerum esse acorum superius pluribus rationibus comprobauimus. Quandoquidem primum ex ipsa Calami appellatione, deinde ex eo, quod dixerint Theophrastus, & Plinius non differre hunc formam à reliquis sui generis, id est, ab omni arundinum genere, uique constat odoratum Calanum genere, & forma arundinem præse ferre, odoratam tamen, non autem esse radicem. Quocirca Plinius Diocoridem fortasse secutus, dixit. Fistule (hoc est cavitati) inest araneum, quod uocant florem: non autem radici, ut falsò contendit Brasavolus, araneum illud inueniri in vulgaris officinarum. Ad hec Plinius lib. XXX I I. cap. XI. dum plura arundinum genera, & uires recenset, idem apertissime ostendit, his uerbis. Arundinis genera XII XI. demonstrauimus, non aliter euidentiore illa natura, quam continuis ipsi volumibus tractauimus. Et quoniam plura genera sic simus, illa, que in India Syriaq; nascitur, odorum unguentorumq; causa, urinam mouet cum gramine, aut apij semine decocta: cit & menstrua admotu: medetur conuulsis duobus obolis pota, iocinori, xenibus, hydropi, tufi etiam suffitu, magisq; cum resina. hoc Plinius. Sed præterea vulgaris calami radices, quas acori esse censemus, assulosè nequaquam frangi possunt, sed transuersim, quemadmodum & iridis. Quo fit, ut eorum innoteat lapsus, qui Calanum odoratum radicem esse contendunt, qui tamen (ut aperte ostendimus) nil aliud est, quam arundo. Ceterum si quispiam dixerit, has radices, quarum est usus, esse calami odorati proprias, non acori, illud sane argumentum destruit, quod intuentibus euidenter appetat, quandoquidem et si complures illius acori radices habeantur, que siccæ gerunt in cacumine solia, iridi o. nni ex parte similia; nulla tamen usquam inuenita est, que secum arundinis trunculum cacumini annexum deserat. nempe acori proprium, non odorati calani est, iridis fistula ferre. His itaq; rationibus Fuchsij quoq; sententia improba nra mibi uidetur, quippe qui putaverit in sua methodo, uulgarem officinarum calanum ueri odorati calami esse ratiem. Porro minime quidem compertum habeo, Diocoridem, necum Galenum, qui ex odoribus, ac saporibus uires a que, ac qualitates omnium simplicium medicamentorum accuratissime inuestigauit, dixisse aliquid odorato Calamo inesse amaritudinis, quæ tamen in acoro haberi Galenus prodidit. Qui Calami odorati uires pluribus descripsit lib. VIII. simpl. medicamentorum, sic inquiens. Calamus odoratus leuiculam quandam adstringionem, ac minimam acrimonian possidet: magna ex parte essentia ejus terrena est, & aerea, in caliditatis frigiditatisq; coniugatione temperata. Quamobrem moderate urinam mouet, & facultatis,

20

30

30

40

50

50

bus, quæ iecori, & stomacho imponuntur, misceri potest. tum in fomenta quoque uteri, quæ phlegmone gratia, aut irritandis mensibus assumuntur, utiliter admiscentur. Ponatur itaq;, habeaturq; secundi ordinis eorum, quæ excalfaciunt, & desiccant: ualentius tamen desiccent, quam excalfaciant. Inest quoq; ei quædam partium tenuitas, uelut alijs omnibus odoratis. Ceterum illorum compluribus tenuum partium plurimum, calamo uero non multum adest. hæc Galenus. Quibus facile patet, Calamum officinis uocatum, legitimum esse nequaquam: maior enim illi inest acrimonia, quam suo referat Galenus. Eaq; propter legitimo calamo odorato nos esse hoc æuo desitutus fateri non dubitauerim: id quod etiam aliquibus satis persuasum esse puto. Nam propterea sunt qui libellum fecuti de substitutis medicamentis falso (ut mea quidem fert opinio) Galeno adscriptum, spagnum, id est, muscum arboreum, calami odorati loco supponendum esse uelint. Quam euidem sententiam ut hactenus probaueram, ita etiam literis mandauerā.

Nunc autem quoniam illud mihi absurdum uidetur, quod ea medicamenta inter se commutari debeant, quæ contraria facultatem sortita sunt, cuiusmodi esse deprehenduntur calamus odoratus & spagnus; ideo non temere cogor mutare sententiam, atq; ab illis desiscere. Sed quid pro calamo odorato recte substitui posse credamus, alibi, Deo concedente, explicabimus. Eius nomen Græcum est Καλάμος ὁρμωτής: Latinum, Calamus odoratus: Ara= Nomina. bicum, Hasabel, aut Casabaldatira: Italicum, Calamo odorato.

BALSAMVM.

BALSAMVM.

CAP. XVIII.

BALSAMVM arbor alba violæ, lycij, siue pyracanthæ magnitudine conspicitur. Folium rūta proximum, longè candidius, perpetuò uires. In Iudea solum quadam valle, & Aegypto nascitur: his differens modis, scabritia, proceritate, gracilitate. Quod igitur tenui, & capillacea coma est, theristum uocant, quasi demessile: fortassis quoniam ob gracilitatem facile demetatur. Acstius sub ortu canis ardoribus, arbos vnguis ferreis incidit, manatque è plaga succus, quem Opopal- samum uocant: sed tam exiguo stillatu, ut annis singulis, ne plures quidem, quam seni septenive con- gij cogantur: inibiique pondus duplo rependitur argento. Succi probatio est, ut sit recens, ualidi odoris, syncerus, non ad acorem uergens, dilui facilis, lauis, adstringens, ac modicè mordens gustu. Sed uariè uitiatur, mixto ab aliquibus terebinthi, cypri, lentisci, balani unguento: item fusino, metopio, melle, aut Cypria cera liquida. Quod maleficium facile deprehenditur: nanque merus in la- neam uestem fusus, neque maculam facit, neque si eluatur, notam relinquit: vitiatus autem inhæret, & lac instillatus coagulat, quod adulteratus non efficit. Quinetiam syncerus in aqua, aut lacte celer- rimè liquatur, coloreque lactescit: vitiatus uero olei modo innat, se conuolens, aut in stellæ mo- dum diffundens. Syncerus senescens crassescit, deteriorque redditur. Hallucinantur, qui aqua con- cretum pessum ire, & ad ima sidere arbitratur: postea dissipatum supernatare. E' ligni genere, quod Xylobalsamum uocant, probatur recens, faremento tenui, fuluum, odoratum, quadantenus opobalsamum spirans. Necessarius etiam seminis erumpit usus: quare eligatur flauum, plenum, grande, ponderosum, mordens gustu, seruens in ore, modicè opobalsamum olens. Adulteratur semine hyperico simili, quod à Petra oppido defertur. Sed coarguitur magnitudine, inanitate, virium ignavia, sapore piperis. Efficacissima uis inest succo, & quam maximè calfaciens: abstergit quæ tenebras oculorum pupillis offundunt: medetur perfrictionibus vuluè cum rosaceo cerato appositus: menses quoque, secundas, & partus extrahit: horrores illitu discutit: vlcera fordida expurgat, & cruda con- coquit: vrinam potu ciet: ægræ spirantibus prodest: datur in lacte contra aconitum haustum, aut ser- pentium iæctus. Miscetur acopis, malagmatis, & antidotis. In summa præcipua authoritas succo, se- cunda semini, minima ligno. Semen commode potui datur doloribus lateris, pulmonum uitios, tussi, ischiadicis, comitalibus, uertiginosis, orthopnoicis, vrinæ difficultati, torminibus, ac serpentium morsibus: ad muliebres suffitum perquam utile est: vuluam aperit in desessionibus balnearum deco- etum, & humorem euocat. Lignum easdem habet uires, aliquantò minores. Ex aqua potum cruditatibus, torminolis, vallis, venenatorum iæctibus opitulatur: vrinam cit: ad capitum vulnera cum sicca Iri conuenit: squamas ossium extrahit. & ad vnguentorum spissamenta additur.

ANTIQUITVS Balsamum (ut Plinius libro XI. cap. XXV. est auctor) in duobus tantum hortis, utroq; regio, altero uigerum uiginti non amplius, altero pauciorum uni terrarum Iudeæ concessum erat. Sed postea pro- pagata admodum fuit species, cum Iudea ipsa simul cum balsamo-Romani potiti sunt. Qui ueluti politicarum pretio- sarumq; rerum propagatores, tam dignam, claramq; stirpem raram esse non tulerunt. Itaq; eam malleolis ferendo, atq; iterando non fecerunt ut in collibus propagantur, latius accreuerunt. Quocirca Iustinus quoq; hæc de Balsa- mo memorie prodidit. Opes genti Iudeæ ex uectigalibus opobalsani creuere, quod in his tantum regionibus gignit. Est nanc; nullis, quæ continuis montibus, uelut muro quodam cincta ad instar castrorum clauditur. Spatium lo- ci ducenta millia iugera, nomine Hierico dicitur. In ea ualle sylva est & ubertate, & amoenitate arborum insignis: siquidem palmeto, & opobalsamo distinguuntur. quanquam species huius insignis, ac pretiosæ arboris plurimion adau- ña sit. hæc Iustinus. Scriptit Balsami historiam etiam Strabo lib. X VI. sue geographicæ, ubi sic habet. Hiericus est campus à montina quadam circundatus, que in theatri speciem ad ipsum declinat. Hoc in loco est palmetum palmis abundans spatio stadiorum centum, & totum irriguum, & habitationibus plenum, ubi & regia est, & Balsani ur- darium. Quæ arbor odorata est, & fruticosa, cytiso, & terebintho perfumilis. Eius corticem vulnerantes, succum in uasis suscipiunt tenaci lacti persimilem. Sed alibi etiam, quam in Iudea nasci Balsamum codem libro idem testatur,

Balsami con- sideratio.

præter Plinij, & Solini sententiam, cùm inquit. Et apud Sabæos thus, & myrrha, & cinnamomum nascitur: in ora etiam Balsamum, & quædam alia planta ualde odorata. hæc ille. Oriri etiam Balsamum in Arabia testis est Pausanias in Beoticis magnitudine fruticis myrti, folijs amaraci, sub cuius umbra inueneræ apricantur uiperæ, & suauissimo eius liquore aluntur. Sed quoniam modo sit factum (ut in Syriam peregrinantes uno ore fatentur) quod hoc tempore omnibus sane Balsami plantis Iudea sit penitus destituta, cùm olim sola Balsami serax à compluribus credetur, quid certi dicam, & quibus auctoritatibus id comprobem, sanè non habeo. Verum cùm certò sciam probatissimum uirorum testimonio, qui ex Italia soluentes pluries in Aegyptum nauigarunt, Memphi Balsami uiridarium extare, illud fortasse euenisce putandum est, quod è Iudea ab Aegypti regibus, quibus uniuersa subiectebatur Syria, omne in uniuersum Balsamum eò fuerit translatum, quod decoris inde plurimum regiæ accederet. Quanquam Balsamum in Aegypto quoq; prouenire antiquorum monumentis mandatum est, ut ex ipso Dioscoride constat, atq; etiam ex Galeno libro primo de antidotis, cap. 111. ubi de melle agit componendis antidotis idoneo. Veruntamen diu est, quod in Italianam, ne in totam Europam, neq; lacryma, neq; semen, neq; lignum, neq; cortex importantur, nisi adulterijs, & imposturis uitiata. Ceterum non modo fuit id ætatis nostræ adulterium, sed & antiquorū, ut auctor est Theophrastus: qui hæc de Balsamo lib. 1 x. cap. v. de historia plantarum posteritatis memorie mandauit. Balsamum in ualle Syrie prouenit. Eius hortos duos tantum affirmant, alterum uiginti iugerum, alterum multò minorem. Arboris magnitudo, que malo punice magne: rami multi: folium rutæ simile, candidum tamen, perpetuo uirens: fructus simili terebinthi tam magnitudine, & figura, quam colore. Is quoq; admodum odoratus est, & magis quam lacryma. Colligi lacrymam in caudice, & parte superna tradunt, facta incisura unguibus ferreis sub sydere, cum aestus maxime angit. Collectum uero est fieri tota. Sed quod manat, multum non esse: uix enim toto die concham posse impleri: odorem tamen inferri eximium, & copiosum, adeò ut ex parvo spatiu per longum odor ualeat permeare. Verum syncerum ad nos nullum aduehi, sed quod mistum colligitur: plurimis enim mislionibus uitiari, quodq; Græcie uenditur. Ideoq; Galenus lib. primo de antidotis narrabat, cùm non ignoraret, opobalsamum diversis modis adulterari posse, ita ut difficulter ementi discerni queat, se proprio oculorum intuitu cernere uoluisse & quomodo crederet Balsamum, & quomodo lacrymam mitteret: uoluítq; sincera eius lacrymæ partem habere, ueluti regulam ad diuoscendum alios Balsami liquores, qui per orbem ab impostoribus uitiati circumferabantur. Modus autem incidendi corticis, ut inde liquor effluat, apud auctores sane uarius est. quandoquidem Theophrastus, & Dioscorides arborem dixerunt unguibus ferreis scalpi, ut inde uulnerato cortice fluat lacryma. Plinius uero contrà, si ferro incidatur, statim siccari, atq; emori scribit: ob idq; qui opobalsamum colligunt, inquit, utro, lapide, officijs, cultellis ad corticem uulnerandum utuntur, deinde succum lana excipientes in corniculis colligunt. Ceterum cùm mecum se prius cogitauerim à tot imposturis, que indies sunt, nos cauere non posse, non alienum fore duximus illud in hominum memoriam reuocare, quod si unquam opobalsamum uenale inueniatur (tametsi in Italia per longas ætates non amplius ipsum ueniturum putem) non ematur, nisi prius de eo omne fiat periculum, quo clare cognoscatur omnibus ijs prestatre tuum notis, tum facultatibus, que illi ab auctoribus tribuuntur. Ad hæc Balsami fructus, sive semen, quod Carpolbalsamum uocant, ab eo quidem longe differt, quod his temporibus ex Alexandria comportatur. Siquidem optimum legitimumq; flauum sit oportet, farctum, ponderosum, gustu mordens, & fruens in ore: non autem nigrum, leue, inane, nō acre, & nullum spirans odorem, quale, quod circunferatur, deprehenditur. Quo fit, ut non aliud suspicandum sit, quam quod hoc idem sit semen hyperico simile, quod etiam Dioscoridis aeo à Petra Palestina oppido deferebat. Hoc idem ligno euenit, quod Xylobalsamum uocant officiæ Græcos secutæ. quippe quod passim in ijs habetur, potius myrtum, quam Balsamum refert. Corticis non meminit Dioscorides, quanvis dixerit Plinius libro & cap. superius citatis, ipsum quoq; in usu medentium esse. Balsamum memorie prodidit Galenus lib. v. de simplicium medicamentorum facultatib. sic inquietus. Balsamum desiccata, & excalfacit secundo excessu. Est autem tenuum partium, adeò ut odoratum sit. Sed liquor eius subtiliorum etiam partium est, quam ipsa planta, non tamen adeò calidus, ut quidam existimant tenuitatem partium falsi. Porro fructus eius persimilis genere facultatis est, ceterum longe in subtilitate partium inferior. Placet eidem Galeno (ut in libello de supposititijs medicamentis illi adscripto legitur) ut Balsami uice stacte myrræ, aut oleum irinum, in compostis medicamentis commode inseri posit: xylobalsami uero loco leucoij radix. Porro quid carpolbalsami uice supponendum sit, nullibi apud eundem reperi. tametsi in quodam incerti auctoris libello, quem seplasarij Quid pro quo nuncupant, pro opobalsamo oleum terebinthinum, uel laurinum, uel gummi hederæ, subiectatur; pro carpolbalsamo hederæ corymbus; & pro xylobalsamo hederæ ipsius lignum: tantam ille hederæ tribuit auctoritatem. Sed alia est opinio nostra: nam ipse libentius pro opobalsamo oleum myristicæ nucis, uel styram supposuerim, quam terebinthinum, uel laurinum; pro xylobalsamo agallochum; & pro carpolbalsamo uulgares cubebas. Quod autem Carpolbalsami locum cubebæ recte supplere posint, pleriq; rei medicæ studioſi id mecum sentiunt. Sed addam præterea, quod si ex mandantur, dentibusue conficiantur, mordent gustum, feruentes in ore percipiuntur, & aromatis non modicum resipiunt. quas nimisrum qualitates Balsami fructui inesse Dioscorides testatur.

Hinc igitur fit, ut in hoc à Fuchsio, uiro aliqui doctissimo, planè dissentiamus. namq; is in libro, quem de compositione medicamentorum nuper auctum edidit, Carpolbalsami loco leucoij radicem supponendam censet: eo quidem argumento (ut inquit) quod ita scriptum repererit in eo Galeni libro, cui titulus est de substitutis medicamentis. Verum cùm ipse nusquam (quod equidem legerim) in legitimis Galeni libris inuenierim, hunc auctorem, si desit Carpolbalsamum, substituere, uel uiribus proximan facere leucoij radicem, cui nulla prorsus inest qualitas, neq; facultas, que Carpolbalsamo respondeat, non est, cur in hoc Fuchsij probem sententiam. Ceterum afferitur iam (ut audio) ex occidentalibus Indijs liquor odoratissimus liquido styraci admodum similis, quem qui deferunt, appellant Balsamum, quod notas nonnullas Balsami præ se ferat. Veruntamen cùm teste Strabone Balsami lacryma lacteo colore sit,

crediderim

Carpobalsamum non legitimum.

Balsami uires ex Galeno.

Fuchsij opinio improbata.

crediderim potius nouum liquorem hunc, ueram esse factem, uel styracis liquorem, quam Balsami: ob idq; non esse penitus ab re, si quissiam eo Balsami loco uteretur. Quidam recentiores cum se Opobalsamo destitutos conficeret, illud artificio quodam non sane damnando componunt. Faciendo modum sic habeto: ego enim hac ratione plures ipsum mihi confeci. Sumito resina terebinthinae, abegnae, cuiusq; libram: thuris albi, ladani, cuiusque unc. sex: nara di Indie & drac. duas: radicum phu, iridis, acori, asari, cyperi, singul. drachmam: mastiches, galanga, caryophyllo- rum, cassiae odoratæ, zedoarie, cuiusq; drach. sex: nucum myristicarum unc. quatuor: mactis unc. unam: agallochi unc. duas: gummi elemi unc. sex: aloës hepaticæ, myrræ, cuiusq; unc. unam & semis: castorei drach. decem: os- sum cariotarum, styracis calamiti pinguis, lasferis odorati, sing. unciam: lacrymae sanguinis draconis sexunciam: florum lauendulae unc. quatuor: olei iuguentarie glandis unc. sex. Que ex his atterenda sunt, in puluerem conteri- to, liquoribusq; admisceto, & uitreo organo (si nescis, Chymistæ consulto) diligentissime ui commensurati ignis o- leum elicto. Primum enim clarissima tenuissimæ emanat aqua, tenuissimarum utiq; partium, que igni admota modo quodam admirabili flagrat: hec aqua Balsami dicitur. Deinde defluit oleum colore aureo, & substantia inter tenuæ, & crassam, quod oleum Balsami uocant. Postremò uero id manat, quod Balsamum uocant, rufo colore. Aqua, que prius fluxit, uentriculi imbecillitate affectos hausta mirum in modum iuuat: siquidem tum pituitam, tum flatum ual- ter consumit. sed quod acerrima sit, dari sane per se nequit, nisi uino, aut iure aliquo admista. Liquor deinde, qui se- cundo stilicidio fluxit, quem quidam ceteris preferunt, mirificè neri uorum uulneribus, compaginum cruciatibus, con- uulsi, resolutis, comitialibusq; succurrit. Ultimum uero oleum hæc omnia similiter præstat, uerum debilius. Pollent bi liquores & ad alia innumera corporis incommoda, que breuitati consilentes silentio inuoluenda duximus. **B&A Nomina:**  
Capov sic Græcè dicitur, ut Latinè etiam Balsamum: Arabice, Balsam, Bolesma, aut Belsan: Italice, Balsamo.

Ασπαλαθος.

ASPALATHVS.

CAP. XIX.

ASPALATHVS, alijs erysceptron, frutex est surculosus, multis spinis horrens. Nascitur in Istro, Nifyro, Syria, & Rhodiorum insula: quo ad vnguentorum spissamenta pigmentarij utuntur. Optimus est grauis, detracto cortice rubescens, aut in purpuram uergens, densus, odoratus, gustatu amarus. Est & alterum eius genus candidum, lignosum, sine odore: quod deterius habetur. Vim calfaciendi cum adstrictione obtinet. Vnde decoctum cum uino ad tetra oris ulcera colluenda conuenit: ad nomas genitalium, & sordida ulcera infunditur: subiectum in pessu, partum extrahit. Aluum fistit eius decoctum: & sanguinis refectionem potu cohibet: vrinæ difficultatem, inflatio- nesque discutit.

ASPALATHVS quidem ex Creta, Rhodo, uel Syria ad nos (quod ego sci. am) non aduertitur: et si existi- Aspalathi co- mauerint nonnulli santalum rubrum uocatum esse Aspalathum. Quorum errorem Serapio manifestè prodidit: quan- sideratio. doquidem de santalo agens, nullum (ut afferat) afferit Dioscoridis testimonium, sed tantum sue gentis nititur auto- ritatibus. Quod maximo arguento est, santalum rubrum nihil cum Aspalatho habere cognitionis. Meminit tamen Serapio Aspalathi sub Arabico nomine Darsisaban, ubi leguntur omnia, que de ipso tradidit Dioscorides. Huic alia ualidior accedit ratio. Siquidem Aloisius Cadamustus, Columbus, & Pinzonius in suis nauigationibus ad orientales Indias, aliasq; ignotas terras, continuas santalorum recta proceritate sylvas unanimiter uidisse narrant. Quod longè abest ab Aspalatho, qui frutex humilis est suauiter odoratus, amarulento gustu, que in rubro santalo non depreben- duntur, rubrum enim santalum odoratum non est. Quod si quandoque odoratum sentitur, id (ut optimè norunt pe- riti myropolæ) non euenit, quod ex se tale sit, sed quod, dum una cum albo, & flavo importatur, que odorata sunt, ex illis sibi odorem asciuerit, qui tamen tractu temporis facile euaneat. Porro Ruellius mediocri censura non ua- cat, quod pro certo afferat, id legitimum esse Aspalathum, quod Rhodium oleastrum nonnulli uocant: quo item quon- dam agallochi uice utebantur myropolia. Cuius materiem cum & in seplasijs, & apud artifices, qui precatorias (ut ita dicam) coronas ad Deiparae virginis salutationes torno conficiunt, diligentissimè sim perscrutatus, ea sane nigra partim, partim uero ex nigro, flavoq; uenosa mihi sese obtulit. Rubram autem, & subrubram (ut Ruellius inquit) nusquam me uidisse ingenuè fateri possum. Ade etiānum, quod sit (quemadmodum Rhodij narrant) hæc planta ex olearum genere Rhodio tractu abunde proueniens, que oliuas etiam proferat, sed nec multis spinis horrens, nec de- tracto cortice rubescens. Namobrem (ut me a fert opinio) Aspalathus non erit Rhodium oleastrum, neq; santalum rubrum. Itaq; cum nobis Aspalathus desit, qui tamen facile ex Rhodiorum insula afferri posset, supplet eius locum uticis semen: sic enim in Galeni succidaneis scriptum reperio. Meminit Aspalathi Galenus lib. vi. simp. med. sic inquiens. Aspalathus gustu quidem acris simul & adstringens est: facultate uero ex dissimilibus constat, nempe par- tibus suis acrisibus excalfaciens, partibus uero alijs, austerioris scilicet, refrigerans. Itaq; utriusq; ratione desiccatur, & proinde ad putredines, & fluxiones est utilis. hactenus Galenus. Cæterum quo etiam hi nostri commentarij Santala redoleant, posteaquam antiquiores Græci eorum non meminerunt, de his bie differere non alienum duximus. SAN- TALVM itaq; in utraq; India sylvis densissimis, ingentissimisq; nascitur. Cuius tria numerantur genera: quorum preseftr pallidum, secundum locum habet album, postremum rubrum, quod nullo commendetur odore. priora duo suauiter spirant. Quapropter Mauritanorum sententiam minimè probandam putauerim, qui Santalum tertio ordine frigefacere, siccare uero secundo memorie prodiderunt. Rubrum (ut ipsi afferunt) priuatim defluxiones prohibet: incandescentibus inflammationibus, podagrīs: ex succo solani, aut sedi, uel portulace utiliter illinitur. Candidum, ac pallidum, ex rosarum aqua fronti imposita, capitil dolores mulcent. Aduersantur omnia calidis febribus: epota est uentriculo mirifice auxiliantur. Fiunt ex ijs, & aqua rosarum epithemata, que uentriculo illita eius feruo- rem

Aspalathi ui- res ex Gal.

Santalorū co- sideratio, &amp; uires.

Nomina.

rem in ardenteris sebris extingunt. Ad hæc (ut auctor est Aucenna libro de viribus cordis) Santalum non modo cordi efficacissime letitiam affert, sed & robur non paruum addit. Quare his immiscentur medicamentis, que cordi, & cordis palpitacioni maximam opem præstant. Quod ἀσταλὸς Græcis, Latinis item Aspalathus uocatur: Arabibus Darfisahā: Italīs, Aspalathō.

Bryon.

M V S C V S.

C A P. X X.

Musci arborū  
historia.Musci arbo-  
rei uires ex  
Galenō, &  
Arabib⁹.

ti improbantur, omnesq; quibus palmarum, atq; non sius odor inest. hactenus Plinius. Ceterum in eo genere, quod in Italia prouenit, is & nobilior, & odoratior apparet, qui in larice nascitur: quapropter & viribus fortasse præstantior erit. Nimirum recordor me non parum eo quandoq; fuisse oblectatum, dum nocturno tempore quibusdam in montibus super sceno recumberem, ex conquisitis plantis desatigatus, ubi larices innumeræ erant omni ex parte ullo musco incanæ. Quandoquidem pastores, ut nos ueluti re noua, & uoluptuosa reficerent, quodam paruo ignis lumine bos ullus incendebant, qui tanto flagrabant impetu, & crepitu, ut nobis quidem uiderentur tormentorum puluerem facile superare. Quippe flammæ uia cum ingenti fauillarum copia, in obscuræ noctis silentio ad astra tolli uidebantur, relicto sui odoris oblectamento. Unde illud existimauerim, quod Galenus, cùm bryon in quercubus, & piceis inueniri tradidit, non solum de picea intellexerit, sed etiam de congeneribus plantis, nempe abiete, lari- ce, & pinu. Is autem lib. vi. simpl. med. citato, ita de eo scriptum reliquit. Bryon, quidam uero splachnon. Inuenitur autem in quercubus, & piceis, & populis albis. Vim habet adstringentem, inuaidam. Nec enim multum est frigidum, sed propinquum ferme medijs; quia uidelicet & digerendi, & emolliendi facultatis est particeps, maximè quod in cedrinis lignis reperitur. Muscum officinæ Arabas secutæ Vſneam uocant. Inter quos Serapio epotum uium retulit, in quo diebus aliquot usneam maduerit, altum somnum inducere, uentriculum robore, uomitiones compescere, & aluum sistere. Ad hæc Muscus (ut Aucenna inquit) utiliter inter cordis medicamenta inseritur, quod odoris fragrantia animi defectus iuuet. Sed quoniam arboreus muscus odoratissimum Moschon mihi in memoriam redigit, qui ab oriente, & occidente, quibusdam pilosis utriculis conclusus defertur, et si Dioscoridis Galeniq; euum hunc silentio preterierit; nos tamen haud quaquam dissimulanda putauimus, que ad hanc rem pertinere arbitramur. Siquidem hi nostri commentarij merito de me conqueri potuissent, si eos tanta odoris suauitate destitutos reliquistsem; præsertim cum omnibus palam sit ubiq; terrarum Moschum inter pretiosa odoramenta primam sibi comparasse sedem. Quippe non modo collo, auribusq; suspensus, uestimentis interpositus, chirothecis illitus, crumenis conclusus, ore retentus, & barbe & supercilijs inunctus defertur Moschus, quo alarum, nariumq; tedia, sudoris graueolentia, & insuaves corporis halitus oculantur, lasciuie oblectamenta augeantur, molliorq; politia fiat; sed etiam ut odoris suauitate Deiparam uirginem concilient, ne dicam, ut hac fucata hypocrisi lasciuiam dissimulent (eo enim uanitatis peruentum est) Moschum ipsum in orbiculos componunt, quibus funiculo traectis angelicas salutationes in cœlum eructant. Omnia deniq; quibus miscetur Moschus, sua odoris iucunditate commendat. Quod si haec lucubrations co forte

BRYON, id est, Muscus, à quibusdam splachnon appellatur. In cedro arbore, populo alba, & queru inuenitur. Optimum est cedrinum, proximum populneum: in quo genere candidum, & odoratius præstat: nigricas improbatur. Adstringendi vim habet. Decoctum insidentium vuluis vtile. Unguento balanino, oleisque inspissandi gratia inseritur: thymiamatum, acoporumque compositionibus conueniens.

GALENVS lib. vi. de simplicium med. facultate, & post ipsum Paulus, non modo Muscum, qui cedris innascitur, intactum non reliquere; sed preterquam quod populnei, & queru meminerint, de eo etiamnum, qui in picea arbore abieti cognata oritur, tradiderunt. A qua ipse quidem in uallis Ananis montibus supra Tridentum muscum admodum uillosum proprijs manibus quamplures decerpit, multo sanè odoratorem, pulchrioremq; quam qui in populo, & queru prouenit. Nec minus piceo suauiter olet abiegnus, quo in corundem motuum syluis, abies innumeræ adeò uillosæ, incanasq; mihi uidere sèpius contigit, ut prima statim facie crediderim uillos frondum loco ijs in arboribus genitos esse. Sortitur arboreus Muscus uaria, ac diuersa nomina: quippe & muscus, & bryon, & sphagnos, & splachnon, & hypnon appellatur. Meminit huius Plinius lib. xii. cap. xxiiii. sic inquiens. Sphagnos in Cyrenaica prouincia maxime probatur: alijs bryon uocant. Secundum locum obtinet Cyprius, tertium Phoenicius. Fertur & in Aegypto nasci: quin & in Gallia non dubitauerim. Sunt enim hoc nomine cani arborum uilli, quales in queru maxime uidemus, sed odore præstantes. Laus prima candidissimis, atq; altissimis: secunda rutilis: nulla nigris. Et in insulis, petrisq; na-

ti improbantur, omnesq; quibus palmarum, atq; non sius odor inest. hactenus Plinius.

Ceterum in eo genere, quod in Italia prouenit, is & nobilior, & odoratior apparet, qui in larice nascitur: quapropter & viribus fortasse præstantior erit.

Nimirum recordor me non parum eo quandoq; fuisse oblectatum, dum nocturno tempore quibusdam in montibus super sceno recumberem, ex conquisitis plantis desatigatus, ubi larices innumeræ erant omni ex parte ullo musco incanæ.

Quandoquidem pastores, ut nos ueluti re noua, & uoluptuosa reficerent, quodam paruo ignis lumine bos ullus incendebant, qui tanto flagrabant impetu, & crepitu, ut nobis quidem uiderentur tormentorum puluerem facile superare.

Quippe flammæ uia cum ingenti fauillarum copia, in obscuræ noctis silentio ad astra tolli uidebantur, relicto sui odoris oblectamento.

Unde illud existimauerim, quod Galenus, cùm bryon in quercubus, & piceis inueniri tradidit, non solum de picea intellexerit, sed etiam de congeneribus plantis, nempe abiete, lari-

ce, & pinu. Is autem lib. vi. simpl. med. citato, ita de eo scriptum reliquit. Bryon, quidam uero splachnon.

Inuenitur autem in quercubus, & piceis, & populis albis. Vim habet adstringentem, inuaidam.

Nec enim multum est frigidum, sed propinquum ferme medijs; quia uidelicet & digerendi, & emolliendi facultatis est particeps, maximè

quod in cedrinis lignis reperitur. Muscum officinæ Arabas secutæ Vſneam uocant.

Inter quos Serapio epotum uium retulit, in quo diebus aliquot usneam maduerit, altum somnum inducere, uentriculum robore, uomitiones compescere, & aluum sistere.

Ad hæc Muscus (ut Aucenna inquit) utiliter inter cordis medicamenta inseritur, quod odoris

fragrantia animi defectus iuuet.

Sed quoniam arboreus muscus odoratissimum Moschon mihi in memoriam redigit, qui ab oriente, & occidente,

quibusdam pilosis utriculis conclusus defertur, et si Dioscoridis Galeniq; euum

hunc silentio preterierit; nos tamen haud quaquam dissimulanda putauimus, que ad hanc rem pertinere arbitramur.

Siquidem hi nostri commentarij merito de me conqueri potuissent, si eos tanta odoris suauitate destitutos reliquistsem;

præsertim cum omnibus palam sit ubiq; terrarum Moschum inter pretiosa odoramenta primam sibi comparasse sedem.

Quippe non modo collo, auribusq; suspensus, uestimentis interpositus, chirothecis illitus, crumenis conclusus,

ore retentus, & barbe & supercilijs inunctus defertur Moschus, quo alarum, nariumq; tedia, sudoris graueolentia,

& insuaves corporis halitus oculantur, lasciuie oblectamenta augeantur, molliorq; politia fiat; sed etiam ut odoris

suauitate Deiparam uirginem concilient, ne dicam, ut hac fucata hypocrisi lasciuiam dissimulent (eo enim uanitatis

peruentum est) Moschum ipsum in orbiculos componunt, quibus funiculo traectis angelicas salutationes in cœlum eructant.

Omnia deniq; quibus miscetur Moschus, sua odoris iucunditate commendat. Quod si haec lucubrations co

forte

forte caruissent, uerendum quidem erat, ne cum illis gratiam inuissent, qui mira undique odoramentorum fragrantia redolent. Quanobrem ut & iij sibi unguenta omnium præstantissima, odoratissimaq; comparare ualeant, Moschi primum, deinde uero liquoris Zibetti uocati, & Ambari denique historiam, & facultates describam. **M O S C H U S** itaq; (ut Ruellius ex Aetio transcribit, si tamen ea Aetij legitima sunt, cum potius Symeonis Sethi esse uideantur) plura habet genera. Præfertur qui in municipio quodam nascitur, quod magis, quam Chorasa ciuitas ad orientem uergit: hoc barbaro nomine Pat dicitur, colore subflavo. Secundum sibi sedem arrogat, qui ab India defertur, priori bonitate cedens, colore subnigro. Eo infirmior censemur, qui à Sinarum agro mittitur. At Moschus omnis in umbilico cuiusdam animalis gignitur, quod capreæ simile est, uno armatum cornu, pregrandi corpore. Huic cum in uenerem agitur, furoris uehementia umbilicus intumescit, fitq; uomica pregnans congesto inibi crassior re sanguine: quo tempore & pabulo, & potu serum animal abstinet, huiusq; crebro uoluitur: qua uersatione umbilicum lutoso, fuscuentoq; sanguine turgentem exprimit. Ceterum emissanies post aliquod tempus sibi magnam odoris suauitatem adsciscit. De Moscho inter Arabas scripsit diligenter accurateq; Serapio, his uerbis. Animalia capreæ non assimilia, que moschum gignunt, in Tumbascorum, & Sinarum agro potissimum habentur, loca inuicem contermina. Tumbascinus Sinico longè præstansior est, quod capreæ moschum gignentes & nardum, & alias odoratissimas plantas depascantur. Quod Sinis non euennit. nam et si haec quoq; odoratis uescantur herbis; & tamen odoris, & facultatis præstantia, nardum, & cetera Tumbasci plantas non æquunt. Quinetiam in causa est demetendi ratio. quippe Tumbascini è uomicæ folliculo sanie nunquam eruunt, quod adulteria permiscent, & non nisi sereno celo syncerum legunt. Sinici uero uomicæ utriculum exprimunt, & exclusa sanie imposturas quosdam admiscent, nubilo parumq; arridente celo, & alabastris recondunt. Is ceteris præstat, qui maiore odoris fragrantia redollet, & qui è uomicæ maxime matura eruitur. Sunt & inter haec animalia, que ab alijs moschum ferentibus nullo discrimine differunt, præterquam caninis uocatis dentibus. quippe haec uerrium modo exertos palmi longitudine dentes habent, & pariter moschum præstantissimum gignunt. Moschus præcox tetro, & insuauio odore displicet. uerum uenatores immaturi folliculos excutientes, tantisper eum libero aere suspendunt, dum abacto prorsus fructore maturuerit. Is enim aeris coctione perfecta, miram sibi conciliat odoris suauitatem. Veruntamen præcipius habetur, qui suæ parte natura in animalis utriculo sibi maturitatem cōparauerit. Hunc incole per saxa metunt, & arborum truncos, namq; animal cum uomicam maturam esse præsentit, saxis & truncis se magno oblectamento affricat, donec facta uomicæ emissario tota sanie uis effundatur. Hic ceteros sanie antecellit, tanquam solis coctione, & celi benignitate maturitatem ultimam consecutus. Hunc itaq; moschum inde uenatores colligentes eorum animalium utriculis asseruant, que alias uenatione captauerant. Isq; ille moschus est, quo reges & donantur, & utuntur. Moschus excalfacit ordine secundo, siccat uero tertio. Cor frigidum, ac tremulum roborat, & omnibus ipsius affectibus openi præstat potus, atq; illitus. Detergit tenues oculorum albugines, & humidas defluxiones exiccat: cerebrum roborat, & diuturnum capitis dolorem mulcet, si tamen pituitæ redundantia proueniat. Coles ex eo cicino oleo macerato perunatus, promptius in uenerem excitatur. Probant nonnulli an Moschus legitimus sit, hoc modo. Pondus libra examinatum in labellum humore perfusum immittunt, tam paulò post iterum aqua lance ponderant. Quod si superferatur, syncerum & legitimum existimant: sin cedat, spuriu, & adulteratum putant. Huic simile aliud quodpiam habemus, sed præterquam quod mirum in modum oleat, primo statim occursu odoris uehementia nares admodum ferit.

Moschi odo-  
rati historia.

## ANIMAL ZIBETTI.



Hoc uulgari sermone uocamus **Z I B E T T O**, unguentarijs maxime expetitum ad ea odoramenta componenda, que propriæ misturas appellant. Gignitur id in exteriori testiculorum utriculo cuiusdam animalis, feli, qui ueteribus aedificiorum ruinis oberrat, non assimilis. Catos haec animalia uocant, quos sepius Venetijs uidi ex Syria delatos. Est autem Zibettum tanquam sudor inter huiusc animalis testiculos concrescens, calide, humidæq; facultatis. Id cœurnulae umbilici impositum uultu strangulationibus mirifice prodest: proinde nec mirum est, si eo uiri peni circumlito magnum mulieribus in exitu afferant solatum. Porro ex quo **A M B A R V M** aliud odoramenti genus gignatur, quod nos uulgò uocamus Ambracane, uarij uarie opinantur. Alij namq; tradunt ipsum in mari alueo non fecus, atq; in terra fungos ortri, ac deinde sequentibus procellis, è profundo elici, & in litus expui. Nonnulli uero referunt piscem Azelum nomine Ambarum hoc audiſſime prosequi, cuius esu necem sibi statim consciſcere. Quod cūt sciant pescatores huius rei periti piscem hunc mortuum, undiq; fluctuantem coniectis uncis & funibus extrahunt: & Ambarum scisso animalis uentre eruunt. Quod uero (ut perhibent) proximè dorsi spinam inueniunt, id maximè præſer- tur

Ambari histo-  
ria uaria.

Ambari genera, & uires.

Fuchsij opinio.

Nomina.

tur alio. Quidam præterea in fontibus quibusdam Ambarum natare seribunt, qui bituminis modo illud eructant. Huius sententia è recentioribus Græcis inuenio Symeonem Sethi, qui Ambarum describit his verbis. Ampar, quod & Ambar appellatur, in diuersis locis scaturit. Sunt enim eius fontes ut bituminis, & sulphuris, & rerum similium. Tria Ambari faciunt genera. Præstatur colore fuluum è Selachito India petitur. Aliud subalbidum, quod è Sinchrio felicis Arabiae oppido aduehitur. Tertiū atrum, & ceteris uiribus imbecillius. Excalfacit Ambarum, & siccat: cœrebrum, & cor olfactu roborat. Senibus, & natura frigidis opem mirificè præstat. Quare iisdem potius, quam iuuenibus chirothecæ Ambaro imbutæ concedi deberent. Vno infusum temulentos efficit. Ceterum ex antedictis quæ sit Ambari historia ut uerior accipienda, non equidem ausim decernere, quod nihil abduc certi atq; explorati habeam. Neq; etiam libet subscribere sententie Fuchsij, quanvis uiri eruditissimi: qui in libro de componendis medicamentis, quem ultimo loco auctum edidit, Ambarum nostri usus factuum esse censet, atq; legitimum Ambarum, de quo scripserunt Mauritani, quodq; ipse succini generi adscribit, desiderari. Siquidem non video, quibus rationibus, uel aucto-  
rum testimonij hanc suam comprobet sententiam. Museus arboreus Έργον, ή σωλαχγχρον Græcis appellatur: Muscus, Latinis: Axnech, aut Vsnee, Arabibus: Mosco, Italis: Moosz, Germanis. At Moschus odoratus μόσχος Græcis recentioribus nominatur: Moschus, Latinis: Misch, seu Mesch, Arabibus: Muschio, Italis.

Αγάλλοχον. AGALLOCHUM.

CAP. XXI.

AGALLOCHUM lignum est, quod ex India, atque Arabia deportatur, thuiæ ligno simile, maculatum, odoratum, gustu adstringens cum quadam amaritudine: cute uerius quam cortice uestitur, aliquantulum uersicolore. Manditur, aut decocto os colluitur, commendandi halitus gratia: su-  
dores arcet toto corpori insparsum: pro thure ad sustimenta substituitur. Radix epota drachmæ  
unius pondere, humida stomachi uitia, & imbecillitatem, feroremq; mulcet: si lateris, iocinerisue  
dolor excruciat, si dysenteria, aut tormina infestant, ex aqua bibere prodest.

Agallochi cōfideratio.

Agalloch. fabu-  
lois opinio.

Agallochi hi-  
storia ex Se-  
rap. & Sym.

AGALLOCHUM à Græcis, & Latinis recentioribus, sicuti ab Aphris Lignum aloës appellatur. Optimum à Lusitanis è Calecut Indie emporio ad nos conuechitur. Etsi etiam Venetas hac estate ex Alexandria Aegypti præstantissimum afferatur: siquidem igni accensum suauissimum, ac periucundum spirat odorem. Nec ob id putandum hoc illegitimum esse, quod è Στρυμένον, id est punctis maculatum non sit: quoniam Oribasius non legit è Στρυμένον, sed è i μένον ενώδει, id est. Est igitur odoratum &c. Quemadmodum nec id etiam legit Serapio, qui nec punicorum, nec macularum meminit: sicuti nec Paulus. Ceterum non diu est, quod legitimum importari ceperit: nam licet anteā, quibusdam non decesset Agallochum uerum; nihilominus, quod rarisimum esset, officina ferè omnes eius loco, ut superius diximus, oleastrum Rhodium suppeditabant: quem falsò existimauit Ruellius aspalathum esse. Nascitur Agallochum (ut Lu-  
sitanii per meridiem in orientem navingantes testantur) in insula Taprobana, alijsq; confinibus locis, cuius integros trun-  
cos in Lusitaniam, & Hispaniam idem secum attulere, qui non modò incensi, sed manuum tantum attritu suauiter (ut aiunt) redolent. Porro ubiq; pretiosum Agallochum est: nam & in locis, ubi nascitur, plurimi pendit. Verum Agallochum, quod tantopere præstet, haec tenus mibi uidere non licuit. Sunt, qui somniantes dixerint, Agallochi ar-  
boreum uidisse neminem, cum terrestri tantum paradiſo proueniat: illudq; ferri fabulantur fluminibus, que (ut sacra testantur monumenta) ex eo manant. Atqui pro comperto habetur (ut paucis innuit Serapio) Gangem Indie amplissi-  
mum fluum quām plurima secum Agallochi fragmina uehere, que tamen in ipsum ducuntur aliorum fluminum cursu, qui in eum confluent. Quippe cum fluuij transluant loca, ubi Agallochum prouenit, aquarum inundationibus turgen-  
tes, huius truncos, fragmina, ac ramenta rapiunt una cum alijs uarij generis lignis, & in Gangem transferunt: quem-  
admodum in nostris etiam fluminibus sepe ac sepius uisitatur. Cuius rei indicium affert illud, quod Venetijs uenditur,  
ut pote quod longo aquarum discurſu omni ex parte laceratum, exesum, communutumq; spectetur. Quamobrem mi-  
rum non est, si dum manibus tractatur, id odoris non præstet, quo illud fragrare prædicant ex natali solo in Lusitaniam  
aduectum. Eius plura numerantur genera, si Serapioni fides est adhibenda, qui ex Abohanifa Arabo ita transcribit.  
Dicunt Agallochum in Arabia nunquam oriri; tametsi quedam ibi crescat planta neuig uocata, que quadrangulus  
Agallochum resert. Verum præstantissimum India mittit: & quanvis hoc genere differat (plura enim Indis Agal-  
lochi sunt genera) id tamen quod uiribus cetera præcellit: per excellentiam Indum peculiariter uocant, quemadmo-  
dum nigra myrobalana, quod ceteris præstent, Inda pariter appellant. Indum in quadam Indie insula inuenitur, que  
Finia nominatur. Selectissimum est nigrum, quod uarium ostendat colorem, succi plenum, ponderosum, duritie com-  
pactum, crassum, non albicans, & quod accensum ægerrime flagret. Secundæ bonitatis est Mondunum à Mondel In-  
die urbe denominatum. Tertiū est Scificum, quod non obscure bonitatis præsumitur, quod sua præstanti ui, ac graue-  
dine in aqua coniectum, non innatet, sed statim subsidat. porro ex hoc genere id magis præstat, quod crassum est, &  
plurimo humore prægnans. Postremam sedem habet Alcumericū Scifico bonitate cedens: tametsi Alcumeri non lon-  
gius à Scife distet, quam itinere triduano. Præstat in Alcumerici genere nigrum nulla albedine uarium, graue, ignium  
flamnis diu resistens, ueruntamen uiribus Scifico infirmius est. Item ex auctoritate Chealsetebenitidem ita scribit. Fe-  
runt præterea, quod incole Agallochum statim ab arbore dissectum integro anno sepelunt, ut ita terra obrutum mar-  
cescat cortex, lignumq; tantum purum remaneat, adeò ut è ligno nihil erodatur. Ferunt insuper illis in regionibus col-  
labentes ex Agallochi arboribus ramos, raptos à fluminum inundationibus per circumstantes regiones deferri. hæc  
Serapio. Cui subscrabit è recentioribus Græcis Symeon Sethi, causam etiam reddens, cur annua sepultura dissectum  
Agallochum recondatur, cum inquit. Non alias odoratius futurum existmant, nisi prius marcorem aliquem  
& teredinem